

М. Ю.
ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.
Залъ V
Шкафъ 3. Полка 6
№ 26.

inscriptionum (in registro fol. 10.)

II. 1mo

Pr
Do
Se
III
Lit
gil
Li
nc
P
Illu
Com
Reg
&
Ge
Act
A

I.

ACTA

Privilegiorum Inscriptionum, Cessionum
Donationum Variorumq; Actuum

REGNANTE

Serenissimo ac Potentissimo Principe AUGUSTO
III. *Dei Gratia* REGE *Poloniæ, Magno Duce*
Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo-
gitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ,
Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czernicchoviæq;
necnon Hæreditario Duce Saxoniæ, & Principe.

ELECTORE.

PROCANCELLARIATU

Illustrissimi & Excellentissimi Domini Joannis
Comitis in Malachovice Malachowski
Regni Poloniæ Vice Cancellarij Opocnen
& Ostrolocensis Capitanej Ordinis
Aquilæ Albæ Equitis.

NOTARIATU

Generosi Ignatij Ludovici Nowicki.
Actorum Metrices Regni Minoris Cancellariæ
Præfecti.

ANNO DNI. 1746 & 7

8, 9. et Julii 1750.

IURAMENTŪ

Eiusdem Præfecti Metrices Regni.

Ego Ignatius Ludovicus Nowicki Juro. Quia Inscriptiones quasvis et Recognitiones necnon Privilegia aliosq omnes Actus in Librum Actorum Cancellariæ Regni veraciter inscribam et Suscipiam, Extractus quosvis ex ijsdem Actis, nihil addendo vel minuendo fideliter rescribam. et extradam, neq ullas Recognitiones Sine Voluntate aut Scitu Illustrissimorum Cancellarij et Vicecancellarij Regni ad Acta Suscipiam, Libros Metrices integre conservabo, nihil illis addendo, vel immutando, et Omnia quæ ex Actis extradam Ipse-met cum Actis diligenter Corrigam: Secreta tam Regni, quam Sacræ Regiæ Majestatis quæ mihi pandentur Nemini revelabo, aliaq Negotia, mihi incumbentia fideliter peragam Sic me DEUS Adjuvet et Sancta JESU CHRISTI PASSIO.

Coram Illustrissimo Supremo Regni Cancellario protunc vero Regni Prosancellario Die 12. Mensis Septembris 1746. præstitum.

A: D: 1746.

Actum Varsaviæ, Fe-
ria Secunda ante Festum
Sancti Mathæi Apostoli pro-
xima Die Scilicet Decima No-
na Mensis Septembris Anno
Domini Millesimo Septingen-
tesimo Quadragesimo Sexto.

Ad Relationem Illustrissimi et
Excellentissimi Domini Dñi Joannis
Comitis in Konskie & Bialaczow à Ma-
lachowice Malachowski Vice Cancel-
larij Regni Oporneñsis & Ostrolocen[sis] etc:
Capitanei.

Constituit Plenipotentem Magni-
ficus Procancellarius Regni.

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Ma-
gnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Sa-
mogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livo-
niæ

2

niæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamq; præsentibus Literis nostris quorum interest universis & singulis. Quod Coram actis Metrices Regni Cancellariæ nostræ Minoris personaliter Comparens Magnificus Joannes Comes in Malachowice Malachowski Procancellarius Regni Opolien⁹ et Ostrolocensis Capitaneus sanus mente et Corpore existens, à Foro et Jurisdictionibus Suis quibusvis proprijs recedendo, præsentivero Nostræ Regiæ Jurisdictioni quoad infrascripta recognoscenda duntaxat attinet se se Subjicendo, palam, liberè, sponte, ac benevole recognovit, præsentibusq; recognovit. Quia Ipse Omni meliori modo, via, forma, et Stylo, quibus de Jure quam firmissimis et perfectissimis potuit, ac potest, in Sui Vero legitimum ac indubitatum Plenipotentem Jnõsum Joannem Faygiel Burgrabium Arcis Cracovien⁹ facit, Constituit et Solenniter Ordinat, dando et Concedendo eidem Jnõso Plenipotenti Suo Omnimodam facultatem et potestatem de emptione Bonorum Garbacz dictorum cum eõrum attinentiis & pertinentijs in Palatinatu Sandomirien⁹. Sitorum cum Generosis Brzezinskie seu quibusvis eorundem Bonorum Haeredibus et Posseſſoribus in Personam Sui Recognoscentis Ejusq; Successorum Contrahendi de pretio componendi et Conveniendi Resignationes, Donationes officiosas, tum Quietationes exposcendi, et Obtinendi, Intromissiones ad eadem Bona accipiendi, alium in locum Sui Plenipotentem Cum Simili vel limitata potestate Substituendi, et Substitutum revocandi Cæteraq; pro

negotiorū

negotiorum in præmissis exigentia debito Juris Ordine peragendi et exequendi, Cavens et promittens id totum quid quid per memoratum Generosum Plenipotentem in rem Sui Recognoscentis actum gestumq; fuerit Se Recognoscentem et Successores Suos pro rato et grato ac firmo Suscepturum. Hac Ipsius personali Recognitione ad præmissa Mediante. In forma alias Plenipotentiæ plenissima et perfectissima quam manu sua subscripsit: Joannes Matachowski Proc: R Pol: my- Quam Ciusmodi Plenipotentiam Nos ratam et firmam habentes, haberiq; ab omnibus volentes, eam ad Acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti in forma Authentica extradi permisimus. In Quorum fidem præsentibus Sigillum Regni est appressum Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho post Festum Sancti Matthæi Apostoli Die Scilicet Vigesima Quarta Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Sexto.

Ad Relationem Illustrissimi Procancellarij Regni. et:

Inscribit S. Karczewski Capnēus Budziszovien Summam 20000 flor.

Generosy

Generoso Wolski Subdapifero Chencinensi.

Augustus Tertius etc: Significamus &c: Quod coram actis Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris Comparens personaliter Generosus Josephus Karczewski Capitaneus Budziszoviens Nobilis Cubicularius noster, sanus mente et corpore existens, à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione Sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti autem Nostræ Regiæ se cum Bonis Suis generaliter Omnibus subjiciendo et incorporando Sponte, palam, Liberè, benevolè, ac per expressum recognovit, præsentibusq recognoscit. Quia Ille Summam Viginti Millium florenorum Polonicalium Monetæ et Numeri in Regno Currentis de manibus Generosi Joannis Rawicz Wolski Subdapiferi Chencinensis Nostri et Sigilli Regni Secretarij acceptam et abnumeratam veri, certi, ac liquidi debiti eidem Generoso Joanni Wolski. Subdapifero Chencinensi, Illiusq Successoribus debet, ac tenetur, Quam quidem Summam Viginti Millium Florenorum Polonicalium dicto Suo Creditori in Crastino Festi Circumcisionis Christi Domini, die Sulicet Secunda Mensis Januarij Anno proximè imminenti Millesimo, Septingentesimo, Quadragesimo, Septimo. Circa Acta Officij Castrensis Varsaviensis Supra dictus Generosus Karczewski, prompta, paratag pecu

nia se Soluturum realiterq; et integraliter enumeratu-
rum Submittit et obligat. Eandemq; Summam Viginti Mil-
lium florenorum Polonicalium Majoris Securitatis Cau-
sa in et Super Bonis Suis generaliter Omnibus, Singu-
lariter tamen Super Bonis Jakubow et Mistow Vocitatis in
Terra Cernensi Situatis inscribit, obligat ac assecurat
idq; Sub Vadis Similis Summæ Viginti Millium flore-
norum Polonicalium Casu Contraventionis præsenti In
scriptioni in toto vel in minima ejus Parte ad Solven-
dum Succumbendo, ita Scilicet ut Si in tempore "Supra
xo præfi Idem Recognoscens Summam integralem Vigin-
ti Millium florenorum polonicalium non exolverit,
aut exsolvere recusaverit extunc licitum Illi esse de
beat, prout de facto licitum erit prænominata Bona
Jakubow et Mistow Mediante Intromissione Offi-
ciosa apprehendere, tenere et possidere ad realem Illq;
et plenariam prælibatæ Summæ exsolutionem, adver-
sus quam præsentem Inscriptionem non poterit Se-
Suprascriptus Generosus Recognoscens ullis Juris
Diffugijs et exceptionibus /: quibus ad præsens renun-
ciat :/ tueri et defendere, sed eidem in Omnibus et
per Omnia tanquam rei judicatæ Stare, parere et
Satisfacere E Se Submittit, præsenti Sua personali
Recognitione ad præmissa Mediante, in forma
alias Inscriptionis debitoreæ plenissima et de Ju-
re perfectissima. Quam manu Sua propria Sub-
scripsit. Josephus Kanzewski S. B. Mpr. Quam
ciusmodi Inscriptionem debitoream Nos ratam
& firmam habentes, haberiq; ab Omnibus Volen
tes

E Idq; Sub Responsione in Foro ubiquinario

tes, eam ad Acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri & Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In Quorum fidem præsentibus Sigillum Regni est appressum. Actum & Datum Varsaviæ ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria Sexta in Crastino Festi Sancti Michäelis Archangeli Die Scilicet Trigesima Mensis Septembris Año Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Sexto.

Ad Relationem Illustrissimi & Excellentissimi Domini Joannis Comitis in Konskie et Bialaczow à Malachowice Malachowski Pro Cancellarij Regni Opocnen' & Ostrolocensis Capitanei.

Oblata Rescripti pro Parte Successorum Augustinovician'

Augustus &c: Significamus &c: Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas Rescripti Nostri pro Parte Tutorũ & Successorum Augustinovicianorum, Suspensionis

nis Decretorum Nostrorum Contumacialium, ex
Instantia Nobilis et Honorati Dominici Jasliewicz
Judicis Nationis Armenicalis Leopolien' latorum, ad
Judicium Executoriale directas, Supplicatumq; est
Nobis ut easdem Literas ad acta Metrices Regni
Cancellariæ Nrǽ Minoris Suscipi, ijsdem inseri
et Parti Postulanti in forma Authentica extradi
"permittere
"se dignaremur. Quarum tenor Sequens est: Au-
"
gustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ,
Kyjoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ Smo-
lensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; nec non Hæredita
rius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Intercessisse
Rescriptum Nostrum Sub data Vschovæ Die Secunda
Mensis Junij Anno præsenti Millesimo Septingen-
tesimo Quadragesimo Sexto. restitutionis Causæ ex
noviter repertis documentis, in et Adversus Decre
tum Judiciorum Nostrorum Assessorialium Sub-
actu Varsaviæ Die Vigesima Quinta Mensis Febru-
arij anno itidem ad præsens Currenti inter Nobi-
lem Olim Mariannam Augustynowiczowa Vidu-
Successoresq; olim Mariti Ejus Nobilis et Honorati
Christophori Augustynowicz Directoris Judicij Ar-
menicalis Leopolien' ab una, atq; Nobilem et Hono
ratum Dominicum Jasliewicz Judicem Eiusdem
Nationis parte ab altera, idq; respectu Dotis et
Bonorum Nobilis olim Annæ de Jasliewicze Iur-
kiewiczowey ad Domum prædicti Olim N. Christo-
phori Augustynowicz Secundarij ejus Mariti Im-
portatæ, quo Stante Rescripto Nro. Cum Tutores Pu
pillorum Augustinoviciorum post Defunctam Vi-
dum

duam Augusty nowiczowa relictorum additi No-
bilem Jasliewicz ad Judicia Nostra assessorialia
inhærendo Suprafato Rescripto Citaverint. Ipseq;
Nobilis Jasliewicz Similem Citationem ad eadem-
met Judicia pro Repositione et cassatione Memo-
rati Rescripti ediderit, attamen non expectato Ter-
mino ex ijsdem Citationibus provenienti et a Jure
præscripto, nec inscripta in Regestrum Causa, quæ
tanquam Super Cognitione Rescripti viva voce
ventilari debuerat, ad Sinistram informationem
& subreptitiè, extra Terminos bina Decreta Con-
tumacialia unum Sub die Decima Octava Men-
sis Julij, & Secundum Sub die Sexta Mensis
Septembris Anno præsenti Sub occluso Rothu-
lo obtinuerat, Pro Quorum Decretorum binorum
Contumacialium repositione et cassatione, licet
Tutores prædictorum Puppillorum ad Judicia Nra
assessorialia Citationem exportarunt, qua ob-
stante Citatione, et si Decreta Contumacialia-
exequi Lege disponente non debent, nihilominus
Supradictus Jasliewicz executionem eorundem
urget, Judiciumq; Executoriale ad eandem per-
agendam procedit, Id circo Supplicatum Nobis
est, Nomine Sæpedictorum Tutorum Puppil-
lorum Augustinovicianorum ut executionem
Supra specificatorum Decretorum Contumaci
alium et respective ultimarij usq; ad finalem
decisionem in Judicijs nostris assessorialibus
Causæ, Suspendere dignaremur. Cui Supplica-

tioni

tioni uti in Causa Puppillari, necnon juste, be
nigne annuendum esse duximus, prout an-
nuimus executionemq; ultimarij Decreti Contu-
macialis in toto, et in Parte Suspendimus. Tuto-
resq; eorundem Puppillorum Circa Rescriptum
Nostrum Anterius Manutenemus. Qua propter
Judicio Executoriali eodem ultimario Decreto
Contumaciali aßignato, atq; Parti Agenti Nõli
Dominico Jaskiewicz interdicimus, ne sæpe-
dictum Decretum ultimarium Contumaciale-
quomodo Cunq; exequi aut tentare usq; ad Cogni-
tionem et disjudicationem finalem Viva Voce
Causæ uti per Rescriptum nostrum Agitandæ,-
præsumat et audeat, idq; Sub rigore in Convul-
sores Litis pendentiæ Nostræ Regiæ præscripto,
alijsq; Nostris Arbitrarijs pœnis Serio inhibemus
et præcipimus. In Quorum fidem præsentes Ma
nu Nostra Subscriptas Sigillo Regni Communi-
ri jußimus Datum Varsaviæ Die XXVIII. Men-
sis Septembris Anno Domini MDCCXLVI. Re-
gni vero Nostri XLII. Anno. Augustus Rex. Lo-
cus Sigilli Regni. Joannes Wolski Subdapifer Di.
strictus Chencinen S.R.M. Sigilli Regni Scriß
Rescriptum pro Parte Tutorum et Succesorum Au-
gustinovicianorum ad Judicium Executoriale:-
Cui Supplicationi Nos benigne Annuendo præ
insertas Lras ad acta Metrices Rñi Susipi, ijsdem in-
seri & Parti postulanti in forma Authentica extradi
permittimus. In Quorum fidem etc: Actum ut Supra.
actũ

Actum Varsaviæ Feria
Tertia Ipso Die Festi Sancti
Francisci Confessoris Die Sci-
licet Quarta Mensis Octobris
Anno Domini Millesimo Se-
ptingentesimo Quadragesimo
Sexto.

Ad Relationem Illustrißimi & Excellen-
tißimi Domini Joannis Comitis in Ronstoc
& Białaczow à Małachowice Małachowski
Prosancellarÿ Regni Opocnensis & Ostrolo-
censis &c: Capitanei

Oblata Privilegÿ Super Pincer
natu Lublinensi Generoso Josepho
Mlicki.

Augustus etc: Significamus &c: Oblatas esse
ad Acta Metrices Regni Cancellariæ nostræ Mino-
ris Literas Privilegÿ Super Pincernatu Lublinen-
si post Fata Generosi Szaniawski Generoso Josepho
Mlicki Thesaurario Lucoviensi Collati Quarum
Literarum Tenor est qui Sequitur. Augustus
Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo
gitiæ, Kÿoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ.

Livo

Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czerniechoviæq;
nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Prin-
ceps Elector. Significamus præsentibus Literis
nostris quorum interest universis et Singulis. Quod
cum Generosi Josephi Mlicki Thesaurarij Lucovien
Singularia erga nos atq; Rempublicam merita-
Commendata haberemus, eundemq; ad benemeren-
dum de Nobis et Republica alacriorem in poste-
rum reddere vellemus faciendum esse duximus,
ut Ipsi Pincernatum Lublinensem post Data Genero-
si Georgij Szaniawski vacantem et ad Dispositio
nem Nostram Regiam devolutum daremus et
Conferremus, prout quidem damus et Conferimus
præsentibus Literis Nostris, ita ut eundem Pincer
natum Lublinensem prædictus Gnōsus Josephus
Mlicki cum Omnibus Juribus prærogativis, Liber-
tatibus, Immunitatibus, Obventionibus Lege &
Consvetudine id munus Concernentibus tene-
at, habeat, et possideat ad extrema vitæ Suæ tem-
pora, vel amplioris Dignitatis Assecutionem. Quod
Omnibus quorum interest præsertim vero Digni-
tarijs, Officialibus totiq; Nobilitati Palatinatus
Lublinensis Notum esse Volentes Mandamus,
ut præfatum Gnōsum Josephum Mlicki ab hinc
pro vero, Legitimo ac indubitato Pincerna Lu-
blinensi habeant, nominent et agnoscant, Eidemq;
de loco, titulo, Juribus, Prærogativis et ipsi re-
spondeant, et ab alijs responderi curent. Pro Gra
tia Nostra Regia. In Quorum fidem præsentes

manu

manu nostra Subscriptas. Sigillo Regni Communiri jussimus. Dabantur Varsaviæ Die 1. Mensis Octobris Anno Domini MDCCXLVI. Regni vero nostri XIII. anno. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Joannes Wolski Subdapifer Districtus Chencinen: Sæ Rꝛe Mattis Sigilli Regni Secretarius. Pincer. natus Lublinensis post Fata Generosi Georgij Szaniawski Generoso Josepho Mlicki Thesaurario Lucoviensi Confertur. Cui Supplicationi nos benigne annuendo præinsertas Literas Privilegij ad Acta Metrices Regni Suscipi, ijsdem inseri et Parti postulanti in forma Authentica extradi permittimus. In Quorum fidem etc: Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria Sexta, ante Festum Sancti Lucæ Evangelistæ proxima Die Scilicet Decima Quarta Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Sexto.

Ad Relationem Illustrissimi & Excellentissimi Domini Joannis Comitis in Koń
skie et Białaczow à Małachowice Małachowski Pro Cancellarij Regni Opoc: & Ostrl: Cap:etc:

Obla

Oblata Privilegij Super Pocillatura Kijovien: S: Calestino Czaplic.

Augustus Tertius &c: Significamus etc: Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellariæ Nrãe Minoris Literas Privilegij Super Pocillatura Kijoviensi post Fata Gnõsi Jachowski Generoso Cælestino Czaplic Collati Quarum Literarum Tenor est qui sequitur: Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenskiæ, Severiæ, Czerniechoviæq necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps Elector: Significamus præsentibus Literis nostris quorum interest Universis et Singulis Quia Nos habentes Respectum Meritorum Generosi Cælestini Czaplic Nobis et Reipublicæ præstitorum faciendum esse duximus, ut illi Pocillatoriatum Kijoviensem post Data Gnõsi Jachowski Vacantem, et ad Dispositionem Nostram devolutam daremus et Conferremus, uti quidem Cum Omnibus Juribus et prærogativis, Immunitatibus huic Muneri de Lege vel Antiqua Consvetudine Servientibus damus et Conferimus præsentibus Literis nostris ad extrema Vitæ Ipsius tempora vel Majoris Alicujus Dignitatis seu Officij Assecutionem. Quod Omnibus et Singulis quorum interest præsertim

Digni

Dignitarijs, Officialibus, Totiq; Nobilitati La-
latinatus Kijoviensis Notum esse volentes Man-
damus, ut prænominatum Generosum Cæle-
stinum Czaplic abhinc pro vero, Legitimo-
et indubitato Pocillatore Kijoviensi habeant,
et agnoscant eiq; de loco, Juribus, Prærogati-
vis et Immunitatibus huic Muneri de Lege
vel Antiqua Consvetudine Competentibus et
Ipsi respondeant, et ab alijs responderi Curent
Pro Gratia Nrã. In Quorum fidem præsentes Lrãs
manu Nrã Subscriptas, Sigillo Rñi Communiri
jussimus. Datum Varsaviæ Die VII. Mensis Octo-
bris Año Dñi MDCCXVI. Rñi vero Nri XIII. Anno
Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancella
ria Rñi. Joannes Wolski Subdapifer Distri
ctus Chencinensis Sæ Rę Mattis Sigilli Re
gni Secretarius. Pocillatus Kijoviensis
post Data Generosi Jachowski Generoso-
Czaplic. Cui Supplicationi Nos beni-
gne annuendo, præinsertas Literas Pri
vilegij ad acta Metrices Regni Suscipi
jsdem inseri et Parti postulanti in for-
ma Authentica extradi permittimus. In
Quorum Fidem præsentibus Sigillum Re
gni est appressum. Actum et Datum.
Varsaviæ
ut Supra etc:

Mutatio

MUTAÕ MINISTERIORUÕ

Post Ascensum
Illustrissimi Excellentissimi & Revcrendissimi
Dñi Andreæ Stanislai Kostka Comitis in Zaluskie
Zaluski Episcopi Culmen^{sis} & Pomesaniæ Supremi
Regni Cancellarij
Ad Episcopatum Cracoviensem.

SUPREMUS REGNI
CANCELLARIATUS

Illustrissimo & Excellentissimo Domino Joanni
Comiti in Konskie & Biataczow à Matachowice
Matachowski Anteacto Pro Cancellario Rñi
Opocnensi et Ostrolocensi Capitaneo.

PROCANCELLARIATUS
VERO

Illustrissimo Excellentissimo & Reverendsmo
Domino Michaeli de Granow Wodzicki.
Decano Cracoviensi Custodi Vislicensi Cano-
nico Sandomiriensi Commendario Abbati Wą
chocensi & Czervenensi.

CESSERANT

Sabbatho Ipso Die Festi Sanctæ Hædvigis
Electæ Viduæ Die Scilicet Decima Quinta-
Mensis Octobris. Anno Domini Mille
simo Septingentesimo
Quadragesimo
Sexto.

Actum Varsavia Feria
Tertia Ipso Dic Festi Sancti
Luca Evangelista Dic Scili-
cet Decima Octava Mensis Octo
bris Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Quadragesimo.
Sexto.

Ad Relationem Illustrißimi & Ex-
cellentißimi Domini Joannis Comitis
in Konskie & Bialaczow à Malacho-
wice Malachowski Supremi Regni
Cancellarij Opocnensis & Ostrolocen'
Capitanej.

Magnificus Kretkowski Pala-
tinus Culmen' cedit de Capñeatu
Covalien' Gnõso Kretkowski.

Augustus Tertius etc: Significamus &c:
Quomodo Coram Nobis Actisq; Metrices Regni Can-
cellariæ nostræ Minoris personaliter Comparens
Magnificus Sigismundus in Kretkowo Kretkowski
modernus Palatinus Culmen' Sanus Mente et
Corpore existens, à Foro & Jurisdictione Sua-
gravis

quavis propria recedendo, præsenti autem Nostræ quod hunc Concernit actum se Subjiciendo et in-
corporando, sponte, palam, libere, ac per expreßū recognovit præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse in-
hærendo Privilegio Consensus Nostri Super infra
Scripta recognoscenda à Nobis gratiose sibi Collati,
manuq; Nra Regia Subscripti, et Sigillo Cancella
riæ Nostræ Regni Minoris Communiti, ad præ
sens in Suo Originali exhibiti. Cujus tenor Se-
quens est: Augustus Tertius Dei Gratia Rex
Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ.
Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ
Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ,
Czerniechoviæq; necnon Hæreditarius Dux-
Saxoniæ & Princeps Elector. Significamus præ-
sentibus Literis nostris Quorum interest Univer-
sis et Singulis. Consensisse Nos et permisisse, Con
sentireq; et permittere Generoso Sigismundo in
Kretkowo Kretkowski ut possit et valeat de Omni &
integro Jure Suo Advitalitio quod Ipsi Super Capitane
atu Covaliensi in Palatinatu Brestensi Cujaviæ Sito
et jacenti Servit et Competit Cedere, Idemq; Jus Suum
advitalitium in Personam Generosi Andreæ de Kret-
kowy Kretkowski Vexilliferidæ Jostinensis trans-
ferre et transfundere. Quæ quidem Cessio Juriſq;
transfusio posteaquam Coram Actis quibusvis
Authenticis Regni facta et recognita fuerit. Nos
eam ratam et gratam habituri Sumus, uti talem
quæ prævio hocce Consensu Nostro peragetur, Vi-
gore Cujus Cessionis præsentisq; Consensus Nostri

Idem

Idem Generosus Andreas de Kretkowy Kretkowski Vexiliferides Gostinensis eundem Capneatū Covaliensem cum Jurisdictione Castrensi Capitaneali Civitateq Kowal dicta Oppidis Villis Sultetijs, Agris, Pratis, Campis, Sylvis, borris, fluvijs, Lacubus, Piscinis, Tabernis, Molendinis, Subditis, eorumq laboribus, Censibus, Commodis, Utilitatibus, emolumentis, ac quibusvis obventionibus, cunctisq attinentijs et pertinentijs, nullis penitus exceptis antiquitus ad eundem Capitaneatum spectantibus tenebit, habebit, et possidebit ad extrema vitæ Suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, Non esse Nos neq Serenissimos Successores Nostros prænominatum Gnōum Andream Krethowski Vexiliferidam Gostinensem ab usu et pacifica possessione ejusdem Capneatus Covaliensis amoturos aut alienaturos neq amovendi aut alienandi Cuipiam potestatē daturos. Sed Salvum et integrum Jus advitalitium ejus Conservaturos, quod et Serenissimi Successores nostri præstabunt. Ratione Cujus advitalitatis Solitam Proventuum Quartam ad Thesaurum Regni quotannis Statotempore inferre tenebitur. Juribus Nris Regalibus Reipublicæ Ecclesiaq Romano Catholicæ Salvis per Omnia manentibus. In Cujus rei fidem præsentes manu Nostra Subscriptas Sigillo Rni Communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die 11. Mensis Octobris Anno Domini MDCCXLVI.

Rni

Regni vero Nostri XIII. anno. Augustus Rex.
Locus Sigilli Regni Minoris. Consensus cedendi
de Capitaneatu Covaliensi, cum Iurisdictio
ne Castrensi in Palatinatu Brestensi Cuiaviæ
Generoso in Kretkowo Kretkowski in Personam
Joannes Wolski Subdapifer Districtus Chencinen
Sæ Rœ Mattis Sigilli Regni Secretarius mp. de
Omni et integro Jure Suo advitalitio tum Juris-
dictione Castrensi quod et quale Ipsi Vigore Juris
et Privilegij Super eundem Capneātum Covali-
ensem in Palatinatu Brestensi Cujaviæ Sitto
servit et Competit, Servireq et Competere potest,
iam exnunc et defacto Generoso Andreæ de Kret-
kowo Kretkowski Vexilliferidæ Sostinensi Ve-
ro, puro, ac irrevocabilis Cessionis titulo Cessit,
abscessit, et Condescendit, prout. præsentibus Cum
Omnibus attinentijs et pertinentijs ad præfatum
Capitaneatum Covaliensem nunc et ab Antiquo
Spectantibus cedit, abscedit, et Condescendit, to-
tumq; Jus Suum et integrum Advitalitium Cum
Jurisdictione Castrensi Capitaneali in Perso-
nam Supranominati Gnōsi Andreæ Kretkōwski
transfert, transfundit, et derivat, Intromissio-
nemq; Officiosam in Suprafatum Capitaneatum
Covalien' Omnesq; attinentias et pertinentias
Eidem Cessionario Conferen' dat et admittit, da-
turumq; se et admissurum Submittit et inscribit
præsenti sua Personali Recognitione ad præ-
missa Mediante. In Forma alias Cessionis

plenis-

plenissima et de Iure perfectissima. Quam Idem Magnificus Recognoscens manu Sua propria subscripsit. Sigismundus Krethowski Palatinus Culmensis mp. Quam Eiusmodi Cessionem Nos ratam et Firmam habentes haberiq ab Omnibus volentes, eam ad Acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti in forma Authentica extradi permittimus. In Quorum fidem etc. Actum ut supra

Actum Varsaviæ Feria Quinta in Vigilia Festi Sanctorum Simonis et Judæ Apostolorum Die Scilicet Vigesima Septima Mensis Octobris Anno Domini Millesimo, Septingentesimo Quadragesimo Sexto.

Ad Relationem Illustrissimi Excellentissimi & Reverendissimi in Xto Patris Domini Michaëlis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracoviensis, Abbatis Wąchocensis, Pro Cancellarij Regni.

M. Lipski Castellanus Belsen Quia tat M. Supremum Rni Cancellarium de Summa Novem millium Flo: Polo.

Augustus Tertius etc: Significamus etc: Quomodo

coram nobis Actisq præsentibus Metrices Regni
Cancellariæ Nostræ minoris personaliter Compa-
rens Magnificus Iosephus Lipski Castellanus
Betsensis, Capitaneus Zydaczewien' Sanus men-
te et Corpore existens, à Foro et Iurisdictione Sua-
quavis propria et Competenti recedendo, præsen-
ti vero Nostræ Regiæ se cum Bonis Suis generaliter
Omnibus Subjiciendo et incorporando sponte, palam
liberè ac per expressum recognovit præsentibusq;
recognoscit. Quia Ipse Magnificum Ioannem Comi-
tem in Malachowice Malachowski Supremum Re-
gni Cancellarium Opocnen' et Ostrolocen' Capita
neum Ipsiusq; Successores inhærendo Dispositioni
Testamentariæ Olim Illustrissimi et Reverendissi
mi Domini Ioannis Alexandri S.R.C. Præsbiteri
Cardinalis Lipskii Episcopi Cracovien' Ducis Se-
veriæ Sub Dato Kielcijs Die Vigesima Mensis Fe-
bruarij Anno præsenti Millesimo Septingentesi
mo Quadragesimo Sexto Confecto. Qua Mediante
Dispositione ex Summa Capitali Viginti Millium
Florenorum Polonicalium ad Manualem Obli
gationem Sub die Decima Septima Mensis Mar
tij Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Quadragesimo Quinto, per Eundem Magnificum
Supremum Regni Cancellarium, ab olim Illu-
strissimo et Reverendissimo Presbitero Cardina
li Lipskii Contracta Summa Novem Millium
Florenorum Polonicalium seu Quingentorum Au
reorum Hungaricalium in educationem Fami-

lia

liæ Suprascripti Magnifici Castellani assigna
ta est et fuit de eadem Suprascripta Summa Quin-
gentorum Aureorum Hungaricalium ad præ-
sens Sibi realiter et integre per præfatum Magni-
ficum Supremum Rni Cancellarium in prompta
parataq pecunia, circa acta præsentia enumera
ta et exsoluta quietavit, et præsentibus quietat,
nihil Sibi Suis Successoribus amplius Juris præ
tensionis aut Cuiuspiam prætextus et Tituli ad
Eundem Mfcum Supremum Regni Cancellarium
Ipsiusq Successores intuitu præmissorum relin-
quit aut quo quomodo excipit. Hac Sua persona
li Recognitione ad præmissa mediante In For-
ma alias Quietationis plenissima et de Jure
perfectissima quam Manu Propria Subscripsit.
Josephus à Lipe Lipski Castell Belz Capitl Eydav.
Quam Eiusmodi Quietationem hos ratam et fir
mam habentes, haberiq ab Omnibus volentes,
eam ad Acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri,
et Parti postulanti in forma Authentica extra-
di permittimus In Quorum fidem etc: Actu ut sup.

Sub eodem Actu

Gnõsq Lipski Capnẽus Parchovien Quie
tat Mfcum Supremum Rni Cancellarii
de Summa Undecem millium Flo: Pol:
Augustus Tertius &c: Significamus &c: Quo
modo Coram Nobis actisq præsentibus Metricej

Regni

Regni Cancellariæ nostræ Minoris personaliter
Comparens Generosus Josephus Lipski Capitaneus Par-
choviensis, olim Illustrissimi et Reverendissimi Do-
mini Joannis Alexandri S.R.E. Presbiteri Cardina-
lis Lipski Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ ex Fra
tre Nepos, et Testamento eius Sub dato Kielcijs Die
Vigesima Mensis Februarij Anno præsenti Millesi-
mo Septingentesimo Quadragesimo Sexto Institutus
Hæres et Successor Sanus mente et Corpore existens
à Foro et Jurisdictione Sua quavis propria et Com-
petenti recedendo, præsenti vero nostræ Regiæ se cū
Bonis Suis generaliter Omnibus Subjiciendo et
incorporando Sponte, palam, „libere“ ac per expressum
recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ille
Magnificum Joannem Comitem in Malachowi
ce Malachowski Supremum Regni Cancellarium
Opocnensem et Ostrolocensem Capitaneum Ipsiusq;
Successores de Summa residuali Undecem Milli-
um Florenorum Polonicalium ex Capitali Sum̃a
Viginti Millium Florenorum Polonicalium per su
prascriptum Magnificum Supremum Rñi Cancel-
larium ab olim Illustrissimo et Reverendissimo
Domino Cardinali Lipski ad Manualem Obliga-
tionem Sub die decima Septima Mensis Martij
Anno proxime præterito Millesimo Septingente
simo Quadragesimo Quinto Contracta s. ex qua
Capitali, Summam Novem Millium Florenorum
Polonicalium Testamento Superius expresso ine-
ducationem Familiæ Magnifico Josepho Lipski
Castellano Belzensi Assignatam, Idem Magni
ficus Supremus Regni Cancellarius, Sub Actu

hodierno

hodierno Coram actis præsentibus exsolverat/ pul-
lulan[t] ad præsens Sibi realiter et effective in parata-
pecunia circa acta præsentia enumerata et exsolu
ta quietavit, et præsentibus quietat, Nihil Sibi Suis[q]
Successoribus amplius Juris et pratensionis, aut Cu-
juspiam Tituli ad eundem Magnificum Supremū
Regni Cancellarium Ipsiusq Successores intuitu
præfatæ Summæ ad obligationem manualem Con
tractæ, ac in Testamento Superius Specificato ex-
pressæ reservat, relinquit, aut quoquomodo excipit.
Perpetuumq in præmissis imponit Silentium Hac
Sua personali Recognitione ad premissa Mediante
In Forma alias Quietationis plenissima et de Jure
perfectissima Quam manu propria Subscripsit: Jo
zef Lipski S. P. m[pp]. Quam ejusmodi Quietatio
nem Nos ratam et firmam habentes haberiq a b
Omnibus Volentes eam ad Acta præsentia Susci
pi ijsdem inseri et Parti Postulanti in Forma
Authentica extradi permittimus In Quorum
Fidem etc: Actū et Datū ut Supr: Relaō Ill[r] & R[nd]s: Plan[c]e:

Sub eodem met Actu

Ad Relationem Illustrissimi & Excel-
lentissimi Domini Joannis Comitis in
Konskie & Bialaczow à Malachowice Ma
lachowski Supremi Rni Cancellarij Opol: & Ostrl:
etc: Capitanei. J. Wolski

Ignõsus Wolski Subdapifer Chencinen Cedit G. Karczewski Capitaneatu dziszovien de Tenuta Uszyca & Bakota.

Augustus Tertius etc: Significamus etc: Quomodo Coram Nobis Actisq Metrices Regni Cancellaria Nostræ Minoris personaliter Comparens Ignus Joannes Wolski Subdapifer Districtus Chencinen Noster et Sigilli Majoris Regni Secretarius, ac ad Comitia præsentia Generalia Varsaviensia Duntius Sanus Mente et Corpore existens, à Toro & Jurisdictione Sua quavis propria recedendo præsenti Autem Nostræ quod hunc Concernit Actum se Subjiciendo et incorporando Sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusq recognoscit. Quia Ipse inhærendo Privilegio Consensus Nostri Super infrascripta recognoscenda à Nobis gratiose Sibi Collati Manuq Nostra Regia Subscripti et Sigillo Cancellariæ Nostræ Minoris Communiti, ad præsens in Suo Originali exhibiti. Cujus Tenor Sequens est. Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ Smolenciæ, Severiæ, Czerniechoviæq nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Consensis-

se

se Nos et permisisse Consentireq et permittere
Generosis Joanni Wolski Subdapifero Districtus
Chencinensis Nostro et Sigilli Regni Secretario,
ac ad Comitia Generalia Varsaviensia Nuntio,
atq Eleonoræ de Janice Coniugibus, ut possint et
valeant de Omni ac integro Jure suo advitalitio
quod ipsis Super Tenutam Uszyca et Bakota
Cum attinentijs in Palatinatu Podoliæ Consi-
sten Servit et Competit cedere, illudq in perso
nas Generosorum Josephi Karczewski Capita
nei Nostri Budziszovien et Evæ de Zaluskie
Coniugum plenarie transferre et transfun-
dere Quæ quidem Cessio Jurisq transfusio po-
stea quam Coram actis quibusvis Authenticis
Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam
et gratam habituri sumus, uti eam quæ præ-
vio hocce Consensu Nostro peragetur. Vigore
Cujus Cessionis, Jurisq transfusionis, ac præ
sentis Consensus nostri, eandem Tenutam
Uszyca et Bakota Cum attinentijs Curijs, præ
dijs, agris, Pratis, Campis, hortis, Sylvis Nemo
ribus, Stagnis, Piscinis, Fluvijs, Fluminibus, Bra
xatorijs, Tabernis, Subditis eorumq diurnis la-
boribus, Censibus, Dationibus, aliisq Omnibus
Commodis et emolumentis Cunctisq attinen
et Pertinentijs Nullis penitus exceptis Sed ita
latè, longè et Circumferentialiter, prout ab An-
tiquis Possessoribus tenebatur, prædicti Gnosi

Josephus

Josephus Karczewski et Eva de Zatuskie Coniuges ambo et insolidum tenebunt, habebunt et possidebunt, vel uno Vitâ functo alter eorum Superstes tenebit, habebit, et possidebit, ad extrema Vitæ Suæ tempora. Promittimus Autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nris non esse Nos Serenissimosq Successores Nostros abusu et pactica Possessione Eiusdem Tenutæ prænominatos Gnōsos Karczewskie Coniuges amoturos, nec amoveñdi aut alienandi Potestatem Cuipiam daturos, Sed Salvum et integrum Jus Advitalitium Ipsius Conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ratione Cujus advitalitatis Solitam Quartam Proventuum Partem Stato tempore Ravam juxta Præscriptum Legis inferre tenebuntur. Juribus Nris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæq Romano Catholicæ Salvis manentibus. In Quorum Fidem præsentes manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni Communiri Jussimus Datum Varsaviæ Die VIII. Mensis Octobris Anno Domini MDCCXLVI. Regni vero Nostri XIIII. Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Rñi. Consensus cedendi de Tenuta Usycza et Baliota Cum attinentijs in Palatinatu Podoliæ Consistent Gnōsis Joanni Wolski Subdapifero Chencinen Sæ Ræ Mattis Sigilli Regni Secretario, ac ad Comitia Regni Generalia Varsavien Nuntio et Eleonoræ de Janice

Coniugibus

Coniugibus in Personas Gnōsorum Josephi Kar-
czewski Capitanei Budziszoviens et Evæ de Za-
luskie Coniugum datur. Joannes Wolski Subda
pifer Districtus Chencinens Sæ Rē Mtis Sigilli
Regni Secretarius. Suprascriptus Gnosus Wol-
ski Suo et Consortis Suæ nomine Gnōsæ Eleonoræ
de Janice de Omni et integro Jure Suo advitalitio
quod ipsis ad præfatam Denutam Prām Uszyca
et Bakota Servit et Competit, Servireq; et Com-
petere potest Jam exnunc et defacto Gnosis Kar
czewskie Coniugibus verō, puro ac irrevocabili Ces-
sionis Titulo Cessit, abscessit et Condescendit, prout
præsentibus Cum Omnibus attinentijs et perti-
nentijs ad præfatam Denutam Uszyca et Bako-
ta nunc et ab antiquo Spectantibus Cedit, absce
dit, et Condescendit, totumq; Jus Suum et inte-
grum Advitalitium in Personas Supranomina
torum Gnōr Karczewskie Coniugum transfert
transfundit et derivat, Intromissionemq; Officio
sam in Suprafatam Denutam Uszyca et Bakota
Omnesq; attinentias et pertinentias ijsdem Ces-
sionarijs Conferend dat et Admittit, daturumq; se
et admissurum Submittit et inscribit præsenti sua
Personali Recognitione ad præmissa Mediante In
forma alias Cessionis plenissima et de Jure perfe-
ctissima. Quam Idem Gnosus Recognoscens Ma-
nu propria Subscripsit. Joannes Wolski Sub
dapifer Distrs Chencinens Sæ Rē Mtis Sigilli

Majoris

majoris Regni Secretarius et ad Comitia Regni Generalia ex Palatinatu Sandomirien[sis] Nuntius meo et Consortis meæ nomine ~~nr~~ Quam ejusmodi Cessionem Nos ratam et firmam habentes haberiq; ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri et Parti postulanti in forma Authentica extradi permittimus. In Quorum fidem etc: Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria Secunda in Vigilia Festi Omnium Sanctorum Die Scilicet Trigesima Prima Mensis Octobris Anno Domini Millesimo. Septingentesimo Quadragesimo Sexto.

Ad Relationem Illustrissimi Excellentissimi & Reverendissimi in Christo Patris Domini Michaëlis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracoviensis Abbatis Wąchocensis Protonotarij Regni.

Constituit

Constituit Plenipotentes Magnifi
cus Supremus Regni Cancellarius
Augustus Tertius & Significamus & Quod
Coram Actis Metrices Regni Cancellariæ nostræ
Minoris personaliter Comparens Magnificus Joan
nes Comes in Malachowice Malachowski Supre
mus Regni Cancellarius Opocnen & Ostrolocen &
Capitaneus. Sanus mente et Corpore existens, ad Fo
ro et Jurisdictionibus Suis quibusvis proprijs rece
dendo præsenti vero Nostræ Regiæ Jurisdictioni
se Subijciendo et incorporando Sponte palam libere
ac per expressum recognovit præsentibusq reco-
gnoscit. Quia Ipse Omni meliori modo forma &
Stylo, quibus de Jure firmissimis potuit, ac potest
in Suos veros, legitimos ac indubitatos Plenipotentes
Gnosos Josephum à Skrzynno Dunin Karwicki Re
gentem Cancellariæ Minoris Regni, Joannem
Jayyiel Burgrabium Arcis Cracoviensis, Joannē
Dzierzek, ac quorumvis Nominum Domanski
Grodecki, Kostecki, Jostynski et Wodecki elegit, Cre-
avit, et Constituit, prout actum per præsentem
eligit, Constituit et Solenniter Ordinat, Dans et
Concedens ijsdem Plenipotentibus Suis Con-
iunctim vel divisim plenariam facultatem &
Omnimodam potestatem Causas Sui Constituentis
generaliter Omnes et Singulas cum quibuscunq
Personis, Occasione quorumvis Jurium, debito-
rum, et prætensionum in quocunq Judicio Seu

Officio

Officio Regni Minoris et Majoris Subselli inter-
cedend, promovendi, defendendi, Terminos Juris
attentandi, probationes inducendi, Decreta au
diendi, eaq; in rem Sui Constituentis lata acceptar-
di, debitam illorum executionem urgendi, Jura-
menta deferendi et referendi, à gravaminosis-
vero Decretis appellandi, Appellationes prosequen-
di, et Continuandi, pœnas Judiciarias levandi,
de levatis quietandi, cæteraq; Omnia et Singula
munia in præmissis necessario Observari, et de
Jure fieri Solita faciendi, exercendi et exequendi
ac ritè perficiendi Cavens pro rato. Hac Jua per
sonali recognitione ad præmissa mediante In
forma alias Plenipotentiæ plenissima et perse
ctissima Quam manu propria Subscripsit. Joan
nes Malachowski Supremus Regni Cancella-
rius. Quam quidem Plenipotentiam Nos ratam
et firmam habentes, haberiq; ab omnibus Volentes
eam ad acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri,
et Parti postulanti in forma authentica extra
di permittimus. In Quorum fidem etc: Actum
ut Supra. &: Relatò ut Supra.

Sub eodem Actu.

Ad Relationem Illustrissimi & Excellen
tissimi Dñi Joannis Comitis in Ronskie &
Bidaczow à Malachowice Malachowski Supremi
Rñi Cancellarij Opocnen: et Ostrolocen: &: Capitanei.

Constituit Plenipotentes & Regens Cancellaria Regni

Augustus Tertius &: Significamus &: Quod Coram actis Metrices Regni Cancellariæ nostræ Minoris personaliter comparens Gnosus Josephus à Skrzynno Dunin Karwicki Regens Cancellariæ Rñi Minoris Sanus mente et corpore existens, à Foro & Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis recedendo, præsenti vero Nrã Regiæ Jurisdictioni Se Subjiciendo et incorporando Sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Omni meliori modo forma & Stylo quibus de Jure firmissimis potuit, ac potest in Suos veros, legitimos ac indubitatos Plenipotentes Gnosos Joannem Dzierzek, Josephum Dunin Brzezinski, Josephum Rostkowski, Felicianum Wyszynski ac quorumvis Nominum Kolinski & Tylinski elegit, creavit, et Constituit, prout Actum per præsentem eligit, Constituit, et Solenniter Ordinat, dans et concedens ijsdem Plenipotentibus Suis Coniunctim vel divisim plenariam facultatem et Omnimodam potestatem Causas Sui Constituentis generaliter Omnes et Singulas Cum quibuscunq; Personis, occasione quorumvis Jurium, debitorum et prætensionum in quocunq; Judicio seu officio Regni Minoris & Majoris Subsellij intercedend, promovendi, defendendi, terminos Juris attentandi, probatio

nes

nes inducendi, Decreta audiendi, eaq; in rem Sui Constituentis lata Acceptandi, debitam illorum executionem urgendi, Juramenta deferendi et referendi, a gravaminosis vero Decretis appellandi, appellationes prosequendi et continuandi, pœnas Judiciarias levandi, delevatis quietandi, caeteraq; Omnia & Singula munia in præmissis necessario Observari, et de Jure fieri Solita faciendi, exercendi et exequendi, ac rite perficiendi. Cavens pro rato Hac Sua personali Recognitione ad præmissa mediante in forma alias Plenipotentiæ plenissima et perfectissima Quam Manu propria Subscripsit. Josephus à Slerzynno Dunin Karwicki Regens Cancellaq Rñi mi. Quam ejusmodi Plenipotentiam Nos ratam et firmam habentes habericq ab omnibus volentes eam ad Acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri et Parti postulanti in forma Authentica extradi permittimus In Quorum fidem &: Actum ut Supra. Relatô ut Supr.

Actum Varsaviæ Feria Quinta post Festum Omnium Sanctorum proxima Die Scilicet Tertia Mensis Novẽbris Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Quadragesimo Sexto.

Ad Relationem Illustrissimi & Excellentissimi Domini Joannis Comitis in Konskie & Bialaczow à Malachowice Malachowski Supremi Regni Cancellarij Opocnensis & Ostrolocensis Capitanej.

Constituit Plenipotentem S. Valentinus Niszczycki Succamerarius Plocensis.

Augustus Tertius &: Significamus &: Quod Coram actis Metrices Regni Cancellariæ nostræ minoris personaliter Comparens Gnōsus Valentinus Niszczycki Succamerarius Palatinatus Plocensis Sanus mente et Corpore existens, à Foro et Jurisdictionibus Suis quibusvis proprijs recedendo, præsenti vero nræ Regiæ Jurisdictioni Se Subijciendo et incorporando sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Omni Melio ri Modo, forma et Stylo quibus de Jure firmiss mis potuit ac potest in sui verum legitimum ac indubitatum Plenipotentem Gnōsum Spiner Secretarium Nostrum Legationis elegit, Creavit, et Constituit prout Actum per præsentem eligit, Constituit et Solenniter Ordinat, Dans & Concedens eidem plenariam facultatem et Omnimodam potestatem res quasvis et Bona post Gnōsum Christophorum Towianski Antecedaneū Rñi Nri Succamerarium in Regno Galliæ Adpræsens Manentem Sui vero Constituentis Fratrem

trem Amittalem jure Successionis ad se de
volvenda, Sive devoluta in quavis Specie et for
ma derelinquenda, Sive derelictavindicandi,
levandi et percipiendi, Quietationes de leva
tis recognoscendi, Cæteraq; Omnia et Singula
munia in præmissis observari necessaria et de
Jure fieri Solita faciendi exequendi, ac rite
perficiendi Cavens et promittens id totum-
quid quid per memoratum Dnoũm Spiner
in rem Sui Recognoscentis actum, gestumq;
fuerit, se pro rato, et grato, ac firmo Susceptu
rum Huc Sua personali recognitione ad præ-
missa Mediante. In forma alias Plenipotentiæ
plenissima et perfectissima, quam manu pro
pria Subscripsit. Valentinus Diszczyeki Suc.
camerarius P. Plocensis ipse Quam eiusmodi.
Plenipotentiam Nos ratam et firmam haben
tes, haberiq; ab Omnibus volentes eam ad acta
præsentia Suscipi, ijsdem inseri, et Parti po-
stulanti in forma Authentica extradi permit
timus. In Quorum fidem &: Actũ ut sup; Relaõ &:

Sub eodem Actu.

Ad Relationem Illustrissimi Excellentis-
simi et Reverendissimi in Christo Patris Do
mini Michaëlis de Granow Wodzicki De-
cani Cathedralis Cracovien: Abbatis Wyehocen:
Pro Cancellarij Regni. Quietat.

Quietat Mſcus Supremus Regni Cancel-
larius M.M. Sanguszkow.

Augustus Tertius &: Significamus &: Quod Co-
ram actis Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris
personaliter Comparens Magnificus Joannes Comes
in Matachowice Matachowski Supremus Regni Can-
cellarius Opocnen' Ostrolocen' etc: Capitaneus Sanus
mente et Corpore existens à Foro et Jurisdictione
Sua quavis propria et competenti recedendo præ
senti vero Nostræ Regiæ Se Cum Bonis Suis gene
raliter Omnibus Subjiciendo et incorporando Spon-
tè, palam, liberè, ac per expressum recognovit præ
sentibusq recognoscit. Quia Ipse Magnificum Pau-
lum Supremum M.D. Lit.ae Marschalcum Parentem
et Snosum Januſium Ensiferum Eiusdem Duca
tus Filium Duces Lubartowiczow Sanguszkow
de Manifestationibus Certis tam per se Recogno-
scentem, quam per quosvis Suos Speciales Pleni-
potentes, Coram actis quibuscunq' Authenticis Rñ.
Contra præfatos Mſcum ac Generosum Duces San-
guszki Parentem et Filium de Nullitate Resigna-
tionum et Donationum Certorum Bonorum de Do-
mo Ducum Zastavianorum profectitiorum Seq' Re
cognoscentem erga alios Consuccessores Suos per
eventualem Succesionem Concernentium per
Memoratum Generosum Januſium Ducem Lubar-
towicz Sanguszko Ensiferum M.D.Lit.ae Filium in
rem & Personam præfati Mſci Pauli Ducis Lubar-
towicz Sanguszko Supremi M.D.Lithuaniæ Ma
reschalci

reschalci Parentis Sui Ipsiusq Successorum resi-
gnatorum factis et recognitis quietat et emittit.
Liberosq ac Immunes facit, Præfatas Manifestatio
nes Cassat, Mortificat et Annihilat perpetuè et in
avum præsenti Sua personali Recognitione ad
præmissa Mediante Jn Forma alias Quietatio.
nis de Jure plenissima ac perfectissima, quam
manu Sua propria Subscripsit. Joannes Mala
chowski Supr: R. Canc: Quam Ejusmodi Quieta
tionem Nos ratam et firmam habentes, haberiq-
ab Omnibus Volentes, eam ad Acta præsentia
Suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti in
forma Authentica extradi permittimus In-
Quorum fidem &c: Actum ut Supra.

Sub eodem met Actu.

Ad Relationem Illustrissimi et Excel.
lentissimi Domini Joannis Comitis in
Konskie & Biataczow à Malachowice Ma
lachowski Supremi Regni Cancellarij
Opocnensis et Ostrolocensis &c: Capita
neij.
Reverendus in Xtô Pater Epps Vla
dislaviensis donat Fundum Ma-
gnifica Comitissæ de Bruhl.

Augustus

Augustus Tertius &: Significamus &: Quod Co
ram actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Mi
noris personaliter Comparens Reverendus in Chri
sto Pater Dominus Valentinus Alexander Czap
ski Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniæ Sanus
mente et Corpore existens à foro et Jurisdictione Sua.
quavis propria et Competenti recedendo. præsenti
vero Nostræ Regiæ Se cum Bonis Suis Subjicien.
do et incorporando Sponte, palam, libere ac perex-
presum recognovit præsentibusq; recognoscit. Quia
Ipse Nostræ Mariæ Annæ Comitissæ de Collowradt
Nisi Henrici Comitis de Bruhl. Primarij et In-
timi Ministri Status Nostri Consorti legitimæ
Illiusq; Successoribus, jam ex nunc et de facto fun-
dum Suum proprium et hæreditarium ad Varsa
viam in Nowy Swiat Situm, ac penes Suum Pala-
tium Seu verius hortum hereditarium extra
viam publicam jacent ab una, atq; muros Seude-
pimenta Deodicatarum Monialium Sororum
Charitatis Vicinales parte ab altera, usq; ad Vi-
am ad Suburbium Skolec Vocitatum penes præ
dium Religiosorum Ordinis S. Pauli Primi Ere
mitæ tendentem Situm et jacent, ita Nimirum
ut prædicti fundi Sit longitudo Cubitorum Tre
centorum Quatuor, latitudo vero Cubitorum Du-
centorum Septem Cum Omni Jure Dominio
proprietate et hæreditate, Cumq; Omni Commo
do et emolumento in Supra scripta Circumfe-
rentia Specificatum et expressum dedit, dona
vit

vit et resignavit, prout præsentibus dat, donat,
et resignat perpetuo ac in ævum. Nihil sibi suisq
Successoribus ad Suprascriptum fundum Cujusvis
Juris. Tituli, proprietatis, hæreditatis, aut propin-
quitatis, Sive pratensionis relinquendo, aut exci-
endo, verum Jus Suum, Dominium. Proprieta-
tem et Hæreditatem in Personam Suprafatæ Ma-
gnificæ Comitissæ de Bhrul Donatricis Illiusq
Successorum plenarie transfundit, transfert et deri-
vat. In quem quidem fundum Supra in Limitibq
suis expressum, præsentibus donatum, Intro-
missionem realiter cum pacifica et actuali Pos-
sessione per Ministerialem Regni Generalem, et
Duos Nobiles eidem Magnificæ Donatrici dum-
voluerit et affectaverit, juridice Conferendam libe-
re dat et admittit, datamq et admissam nec per se
nec per quasvis Personas præpediturum se se Sub-
mittit. Quinimo de alijs generaliter Omnibus bo
nis Suis Sæpefatam Nsfam Comitissam de Bruhl
Ipsiusq Successores à quibusvis Impedimentis evin-
cere inscribit et asecurat. In Forma alias Dona-
tionis Inscriptionis de Jure plenissima et perfectis-
sima Quam Manu propria Subscripsit. Val. Alex
Czapski Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniæ
Quam ejusmodi Donationem Nos ratam et firmam
habentes, haberiq ab Omnibq Volent, eam ad Acta Jesu
suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti in for
ma authentica extradi permittimus. In Quo
rum Fidem &c; Actum ut Supra.

Sub eodem

Sub eodem Actu.

Ad Relationem Illustrissimi & Excellentissimi Domini Joannis Comitis in Ronskie & Białaczow à Małachowice Małachowski Supremi Regni Cancellarij Opocznen: et Ostrolocensis &: Capitanej.

Relatio Intromissionis Magnificæ Comitissæ de Bruhl in Fundum Supius donatum.

Augustus &: Significamus etc: Quod veniens personaliter ad acta præsentia Metricæ Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Providus Josephus Budzynski Ministerialis Regni Generalis Sanus mente et corpore existens palam ac per expressum recognovit. Quia Ille ex officio suo requisitus existens assumptis secum duobus Nobilibus Antonio Smoszewski et Joanne Szyikowski ad Fundum per Reverendum in Christo Patrē Dominum Alexandrum Válentinum Czapski Episcopum Vladislaviensem et Pomeraniæ Die hodierna, Nobilem Mariæ Annæ Comitissæ de Collowradt Nobilis Henrici Comitis de Bruhl Primarij et Intimi Ministri Status Nostri Consorti legitimæ Coram Actis præsentibus donatum ad Varsaviam in Nowy Swiat Situm

al pony

ac penes Muros seu Sepimenta Deodicatarum
Monialium Sororum Charitatis jacentem
die hodierna condescendendo Suprascriptam
Nostram Comitissam de Brukl, idq; vigore Su-
prædictæ donationis Observatis de jure Solen
nitatibus, præmissaq; publica Omnium Si qui
reperirentur Interessantium Voce Sonora et præ
conica. Ter et ultra Solitum Juris Quater ac
clamatione Nemine impugnante Nec Contradi
cente intromisit et investivit, de quo hanc Su-
am Coram Actis præsentibus fidelem fecit re-
lationem, quam Nos ad Acta præsentia Suscipi,
ijsdem inseri, et Parti postulanti in forma
authentica extradi permisimus In Quorum
fidem præsentibus Sigillum Regni est ap-
pressum. Datum et Actum Varsaviæ ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria
Tertia ante Festum San-
cti Martini Episcopi pro-
xima Die Scilicet Octava
Mensis Novembris An
no Domini Millesimo
Septingentesimo Quadra
gesimo Sexto.

A. Rala.

requisitus existens assumptis secum duobus Nobilibq
Christophoro Archszewski Castren Varsavien et Joan-
ne Sypniewski Castren Covalovien Burgrabijs ad Fun

dos

dos et Agros Szatapskie et Weslowskie dictt ad Varsaviam sitt per Magnificos Franciscum Bielinski Supremum Regni Mareschalcum, Osiecen, Garvolien Brodnicen, Mirachovien &c Capitaneum et Dorotheam Henriettam Przebendowska Conjuges Rndo in Christo Patri Dno Andrea Stanislao Kostka Zaluski Episcopo Cracovien nuper coram actis præsentibus resignatos et donatos die hodiernâ condescendendo suprascriptum Rndum in Christo Patrem Dominum Andream Stanislaum Kostka Zaluski Episcopum Cracovien Idq vigore supradicta Donationis observatis de Jure solemnitatibus præmissaq publica Omnium si qui reperirentur Interessantium voce sonorâ et preconicâ ter et ultra solitam Juris formam quater acclamatione nemine impugnante neq contradicente intromisit et investivit de quo hanc suam coram actis præsentibus fidelem fecit Relationem quam Nos ad Acta præsentia suscipi Eidem inseri et parti postulanti in forma Authentica extradi permisimus. In Quorum fidem &c. Actum ut Supra Relatio Illustrissimi Pro Cancellarij Regni ut supra

Sub eodem Actu

Ad Relationem Ejusdem Illmi Pro Cancellarij Rni

Cedit Grsa de Zaluskie Duczy in mowską Grso Benoc Instigatori Regni.

Augustus Tertius &. Significamus & Quo modo Coram Nobis actisq Ipsen Metrices Rni Cancellaria

Nostra

Nostræ Minoris personaliter Comparens Gnõsa Catharina de Zatuskie Zatuska primo voto olim Mfci Stanislai Jarczynski Castellani Juniviadislavien Secundo vero ad præsens Gnõsi Antonij Duczyminski Subdapiferi Zawsleren Consors legitima et in tractu divortij seu Separationis cum eod Secundario Gnõso Marito Suo existens olim Vero Magnificorum Hieronymi Zatuski Castellani Rawen et Catharinæ de Pleszowice Fredrowna Conjugum Igmõrum Filia olim vero Gnõsi Sigismundi de eadem Pleszowice Fredro Castellani Sanocen et Sophiæ de Wasiuczyn Conjugum Nepotis, Denique Gnosæ Angelæ Barbaræ Binominis Fredrowna prætactorum Gnõsi Sigismundi Fredro Castellani Sanocen et Sophia Wasiuczynska Conjugum Filiæ Gnõsorum primo Voto Alberti Ustrzycki Venatoris Sanocen Secundi vero Voti Adami Trzebuchowski Dapiferi Braclavien Consortis Igmæ suæ vero Recognoscen Amitæ in utroq Connubio steriliter de hac luce decessæ Sororina et portionis fortunæ tam dotalitiæ de Bonis Paternis et Maternis profectitiæ quam etiam propriæ quesitæ post sterilem Ipsius decessum erga alios Consuccessores Successrix legitima et naturalis in absentia Rndõrum Martini Secretarij Rñi Epõpi Drezden Suffraganei Plocen atq Josephi Referendarij Rñi à Zatuskie Zatuskich Fratrum Suorum Patruelium Agens Sana Mente et Corpore existens à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et Competenti recedendo præsenti vero Nostra Regia secum Bonis Suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando sponte palam libere ac per expressum recognovit ꝓsentibusq recognoscit. Quia Ipsa de portionibus infrascriptarum Summarum in se Recognoscentem erga alios Consuccessores jure Successivõ devoluturam Et quidem prima Decem Millium Florenõ Polon efficien per olim Gnõsum Adamum Trzebuchowski Dapiferum Braclavien modo Simplicis, Eidem Gnõsæ Angelæ Barbaræ Fredrowna Gnõsi olim Alberti Ustrzy: *Debiti

ki Venatoris Sanocen protunc Consorti relictæ Viduæ coram Actis Castren Premislien Feria Quarta post Dominicam Rogationum proxima Annô Dni Millesimô Sexcentesimô Octuagesimô Quartô inscriptæ et asecuratæ, alterius vero tam intuitu dotis et Expeditionis Domesticæ de Bonis Paternis et Maternis quam etiam ex Successionum et Membranarijs Debitoreis Summis in Domum Prioris olim Mariti Ipsius Gnõsi Alberti Ustrzycki Venatoris Sanocen importatæ et per Eundem Eius olim Maritum in Substantia sua asecuratæ deniq; post fata Ejusdem Gnõsi Alberti Ustrzycki Venatoris Sanocen importatæ et per ~~Eundem~~ Gnõsum ~~olim~~ Martinum et Clementem de Unichow Ustrzyckich Fratres Ejus germanos eliberando Bona Ipsius in Se devoluta inscriptionibus præmissis obnoxia, ad Manus Gnõsi Adami Irzebuchowski Dapiferi Bractavien Secundarij Ipsius Mariti re aliter pervolutæ simul junctim Summam Triginta Millium Florenorum Polon efficientis et per Eundem Gnõsum Adamum Irzebuchowski Secundarium Maritum levatæ atq; in rem prætactæ Gnõsæ Angelæ Barbaræ Irzebuchowskæ Eadô Voto Consortis Sua in Bonis Suis Coram Actis Terrestribus Premislien Feria Tertia post Festum S. Virginis Agnetis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Septimo Cautæ et Modô Reformatoriô asecuratæ in se Recognoscentem erga alios Consuccessores tam Vigore Juris Naturæ et Successionis quam etiam vigore cessionum et quidem primæ per Generosum Vladislaum Wessel Castellanum Varsavien soce rum Suum suo et Gnõsi Theodori Wessel cum olim Gnõsa Theresia Zatuska Sua Recognoscentis Sorore germana procreati Filij Nominibus in Castro Junivladislavien Feriâ Secundâ pridie Festi S. Margarethæ Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Octavo, alterius vero per olim Gnõsum Josephum Zatuski Capitaneum

Raven

Raven. Fratrem Suum Germanum in Castro Lanciciensi
Sabbatho post Dñicam Septuagesimæ Anno Domini Mil
lesimo Septingentesimô Vigesimô Nonô recognitarum
legitime erga alios Consuccessores in se devolutarum nec
non de provisionibus ab ijsdem Summis provenientibq
atq de toto ac integro processu tam respectu earundem Sum
marum originalium, quam et provisionum ab eis prove
nientium necnon ratione Mobilium post Fata Gusq
Gnōsa angela Barbara Fredrowna, ultimo Trzebu
chowska pretensorum super Successoribus prælibati
Gnosi Adami Trzebuchowski Dapiferi Bracławien cum
olim Gnōsa Sophia Rzeczycka Secundaria Consorte p
creatis bonorum Kalnikow anteactis Hæredibus ad
quemvis Juris gradum perducto jam ex nunc et de fac
to Gnōso Paulo Benoe Instigatori Rñi Capitaneo
Horodeñ præsentaneo Bonorum Kalnikow Hæredi et
quovis Jure Possessori Ejusq posteris accepta ab ipso
pro præmissis omnibus sufficienti et reali satisfactione
Summarumq seu Portionis earum sibi Concernentium
die hodierna reali exolutione edit et Condescendit, to-
tumq et integrum Jus suum succesionale atq Quæsitum
nihil sibi Juris ptensionis ratione præmissarum
Summarum. Processuumq tam ad Successores Trze
buchovianos quam et ad Bona Kalnikow reservan
do aut quovis modo excipiendo in Personam Ejus
dem Gnōsi Instigatoris Regni Cessionarij Ipsiusq Suc
cessorum transfert transfundit et incorporat plenarie
perpetuo et in ævum. Hac sua personali Recognitione ad
præmissa Mediante. In forma alias cessionis Jurisq
Transfusionis plenissima et de Jure perfectissima Quam
manu propria subscripsit Katarzyna Duczyminska PZZ.
x Marcin Zatuski Suffr. Ploc. Sekr. W. Kor jako asi
stent mpp. x Jozef Zatuski Referendarz Kor
Opat Villana Bomarc y Fontanetti Prob. Warsz jako
Assistent mpp Quæ Ejusmodi Cessionē Jurisq Transfusionē

Nos ratam et firmam habentes haberiq; ab Omnibus Vo
lentes eam ad Acta præsentia suscipi ijsdem inseri et Pa
ti postulanti Authentice extradi permisimus. In Quo
rum fidem &c Actum et Relatio ut supra

Actum Varsaviæ Feria Ter-
tia intra Octavas SS Cor-
poris Xti Domini Die scili
cet Decima Octava Mensis
Junij Annô Millesimô Septin-
gentesimô Quadragesimô Octa-
vô

Ad Relationem Illmi Rndmi et Excellmi Dni Dni
Michaelis de Granow Wodzicki Decani Cathedra
lis Cracoviensis Abbatis Wąchocen et Czervenen
Pro Cancellarij Regni ut supra

Oblata Præsentationis ad Ec-
clesiam Kruszynensem

Augustus Tertius &. Significamus &c. Oblatam
esse Copiam ad Acta Metrices Regni Cancellariæ No-
stræ Minoris per Notarium Apostolicum cum suo O-
riginali verificatam et legalisatam Præsentationis
Nostræ Venerabilis Adami Kłos Canonici Vladisla
vien ad Ecclesiam Parochialem Kruszynen Diœcesis
Vladislaviensis cujus Tenor sequens est Augustus
Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ,
Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo

Jenscia, Severia, Czerniechoviaq necnon Hæreditarius Dux
Saxoniæ et Princeps Elector. Rndo in Christo Patri Do
mino Valentino Czapski Episcopo Vladislavien et
Pomeraniæ Sincere Nobis Dilecto aut suæ Sinceritatis
in Spiritualibus Vicario et Officiali Generali sive alteri cui
piam ad infrascripta potestatem habenti Gratiam Nostram
Regiam, Reverende in Christo Pater Sincere Nobis Dile
cte: vacat ad præsens Ecclesia Parochialis Kruszynensis
in Bonis Nostris Regalibus Diœcesis Sinceritatis Ve
stræ Juris vero Patronatûs et Collationis Nostræ Regiæ
idq; post fata Ublis Andreæ Pininski Canonici Cathe-
dralis Vladislaviensis illius ultimi et Immediati Posses
soris ad quam Nos pro Jure Patronatus Nostri quod
Nobis Competit Unblem Adamum Kos Canonicum Ca
thedralem Vladislavien de Vitæ integritate Moribus pietate
sufficienti doctrina aliisq; virtutibus nobis apprime commen
datum Sinceritati Vestræ præsentandum esse duximus uti
quidem præsentibus Literis Nostris Ipsentamus Requi-
rentes quatenus hunc et non alium ad dictam Ecclesiam
Parochialem Kruszynen instituat et investiat eidemq; Cu
ram Animarum Administrationem Spiritualium et Re
gimen temporalium rerum plenarie Committendo prout
id ad officium Sinceritatis Vræ spectare dignoscitur.
In Quorum fidem Ipsentes manu nostra subscripta s
Sigillo Rni communiri jussimus Datum Dresdæ Die
XXX Mensis Aprilis Annô Dni M.DCCXLVIII Re
gni vero Nri XV Annô Augustus Rex Locus ✠ Sigilli
Præsentatio Ublis Adami Kos Canonici Cathedralis
Vladislavien ad Ecclesiam Parochialem Kruszynen sem
in Diœcesi Vladislavien post fata Unblis Andreæ
Pininski Canonici Cathr. Vladislavien Vacan Joan
nes Kossowski Canonicus Cathedralis Premislien
s. R. Mttis Sigilli Regni Secretarius mpa Pro Cancella
riatu Illmi Excellmi et Rndissimi Dni Michaelis Co
mitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Crac

Abbatis Wąchocen et Czervenen Pro Cancellarij Rñi Si
gillatum. Ego infrascriptus præsens Transumptum
fideliter testor prout illud vidi, legi cum suo Originali
de Verbo ad Verbum concordare Gaspar Sokołowski
Canonicus Volborien Decanus Joraneus Bresten Cuja
via Parochus Regalis Kłobia Notarius apostolicus
in absentia Illmi et Rndissmi Officij Generalis Consi
storialis Vladislavien mpria Locus Sigilli Notariatûs
Aplici Quam ejusmodi Copiam sic ut præmissum
oblatam ad acta præsentia Metrices Regni Nos
ad eadem acta suscipi inscribi et ex ijsdem fideli
ter descriptam Parti postulanti authentice extradi
eandemq Copiam rursus Offerenti restitui / de qua re
cepta Cancellaria quietata est quietaturq præsenti
bus / permisimus. In quorum fidem &c. Actũ et Reda
tio ut supra

Actum Varsaviæ Feria Sex
ta post Octavas Sacratissimi
Corporis Christi Domini Die
scilicet Vigesima Prima
Mensis Junij Anno Gusd Domini
Millesimô Septingentesimô
Quadragesimô Octavô.

Ad Relationem Illmi et Excellentissimi Dñi
Dñi Joannis Comitis in Konskie et Białaczew
à Małachowice Małachowski Supremi Regni
Cancellarij Opocnensis et Ostrolecen Capitanei.

Roborant Conventionem Certam.
Magnificus Princeps Czartoryski

Pro Can

Pro Cancellarius M. D. Litt.e & Gene-
rosi Granowscy Conjuges.

Augustus &c. Significamus &c. Quomodo coram
Nobis Actisq. præsentibus Metrices Regni Cancellariæ
Minoris personaliter Comparentes Magnificus Michaël
el in Klewan et Zukow Princeps Czartoryski Pro Can-
cellarius M D Litt.e ab una et Gnosi Antonius Granowski
Exercituum Nostrorum et Reipbcæ Vice Colonellus et Anto-
nia Comitissa de Walsztein et quidem maritus per se
Consors vero in Assistentia ejusdem Gnosi Mariti sui
uti Tutoris Conjugalis invicem conjuges Parte ab altera
sani mentibus et Corporibus existentes à Foro Terris
Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et Com
petenti recedendo præsenti vero Nostræ Regiæ se cum Bonis
suis subjiciendo et incorporando sponte palam libere ac per
expressum recognoverunt præsentibusq. recognoscunt. Quia
Ipsi Conventionem certam ratione certarum rerum et Con-
ditionum in ibidem expressarum hic Varsaviæ Die hodier-
na in Actu contenta nempe Die Vigesimâ primâ Mensis
Junij Anno ad præsens Currenti inter Recognoscentes ini
tam et Conscriptam manibus ab utrinq. subscriptam et Si-
gillis Gentilitijs communitam vadiô centum Quinqua-
ginta Trium Millium Centum Quadraginta Octo Flore
norum et grossorum Sexdecem et Solidorum Duorum
Polonicalium firmatam in Omnibus ejusdem Conven
tionis, punctis, Clausulis, Articulis, Nexibus et liga-
mentis Approbant, Confirmant, roborant et ratificant
eidem sese suis cum Successoribus tam in toto quam
in quavis minima parte satisfacere submittunt pra
sentibusq. declarant Idq. sub Vadio Similis Summæ Cen
tum Quinquaginta Trium Millium Centum Quadra-
ginta Octo Florenorum et grossorum Sexdecem et Soli
dorum Duorum Polonicalium in Casu eidem Conventi-

oni

oni in aliquo Contraventionis eiq̃ non satisfactionis ad
solvendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem
vadio taliter exinde succubito Citata existens una Pars
per aliam, Pars scilicet prefatam Conventionem non
tenens nec complens ex Instantia alterius Partis
eandem Conventionem in toto tenentis Complentis et ex
sequentis sive ejus Successorum ad Judicium seu Offi
cium quodvis Regni Competens tenebitur Illa Pars
Contraveniens suis cum Successoribus illo Coram Ju
dicio seu Officio quovis Regni Competenti / Recessu
Suprascripto mediante / semper in primo Juris Citatio
nis Termino tanquam peremptorio, peremptorie sta
re Juri parere, respondere Comparendoq̃ Vadium p.
dictum succubitum solvere quo soluto Nihilomi
nus eidem Conventioni prefata presentibus Robo
rata in toto satisfacere omneq̃ Judicatum Judicij se
u Officij Illius Competentis de Jure non exequendo pati
absq̃ omni Dilatione, Defensione, Exceptione, proscri
ptione Protestatione, Evasione, Evocatione Motio
ne et appellatione earumq̃ modo quovis seu per Adi
tationes Quasvis Prosecutione Hac sua perso
nali Recognitione ad premissa mediante In for
ma alias Roborationis plenissima et de Jure per
fectissima Quam manibus suis propriis subscri
pserunt. Michael Princeps Czartoryiski Pro Cancel
larius M D Litt Antoni Granowski q̃ Antonia Gra
nowska. Quam Ejusmodi Roborationem Nostratam
et firmam habentes haberiq̃ ab omnibus volentes
eam ad Acta presentia suscipi Ydem inseri et
Parti postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem etc Actum et Relatio ut Supra

Sub eodem Actu

Relatio Illmi et Excllmi Supremi Rni Cancellarij

Quietat

Quietat de Summis Grsa Comitissa
de Waltszteftny G. Granowski Consors
M. Principem Czartoryski Procancellari
um M: D: Litt.

Augustus Tertius &c Significamus &c Quod coram
Actis præsen Metrices Rni Cancellaria Nra Minoris
personaliter Comparens Gnra Antonia Comitissa de Walt
szteftny L. Ioannis Antonÿ Comitis Waltszteyn ums
lim Gnõsa Catharina itidem de Waltszteftny procreata
Filia Gnosi vero Antonÿ Granowski Vice Colonelli Nri
et Reipblcæ Consors Igmal in Assistentia ejusdem Gnosi
Mariti sui uti Tutoris Conjugalis sana mente et Corpo
re existens à Foro, Terris Districtibus et Jurisdictio
ne Sua quavis propria et Competenti recedendo præsenti ve
ro nostra Regia se cum Bonis Suis generaliter omnÿ
bus Subÿciendo et incorporando sponte palam libere
ac perexpressum recognovit præsentibusq recogno-
scit. Quia Ipsa Ngfcum Michaelem in Klewan et
Zukow Czartoryski Procancellarium M D Litt Cusq
legitimos Successores jam ex nunc et defacto de Sum
mis infrascriõ Prima quidem Triginta Duorum
Millium Quadringentorum Florenorum Polonica
lium per Eundem Ngfcum Michaelem Principem
Czartoryiski de Manibus Magnificorum Augusti Ale
xandri in eadem Klewan et Zukow Principis Czartoryski
Palatini ac Generalis Terrarum Russiæ et Mariæ Sophi
æ de Sienibowskie Conjugum levata altera vero Nos
vem Millium Florenorum Polon à Rndo in Xto Patre
Josepho Stanislaõ Comite in Bychow, Zastaw Dom-
browna et Sapiezyn Sapieha Episcopo Dioecesa
rien Coadjutore Episcopo Vilnensi M D Litvaniæ
Referendario, necnon Tertia Octo Millium Trecento

rum

rum Quatuor Florenorum grosorum trium et solidi u
nius Polonicalis Octuaginta Octo florenorum grosorum
Viginti Sex et Solidorum Duorum Polonicalis in Banco
Viennensi Hærente, proveniente sibi Recognoscenti Con
tractu, certo seu Intercisa nuptiali hic Varsaviæ Die
Decima Mensis Martij Anno præsenti Millesimo Septin
gentesimo Quadragesimo Octavo inter eundem Ngfum
Michaelem et Eleonoram Comitissam de Waltszeyny Prin
cipes Czartoryskie Procancellarios ND Littæ Conjuges
ab una et Gg. Rosaliam Rosnowska Primi Broniewska
Edi Granowska. 3tij vero Nuptus Wicyska Subdapife
ram Sandomirien Matrem et Antonium Granowski Fi
lium Sui Recognoscen Maritum Parte ab altera ini-
to et conscripto manibus ab utriq Contrahentium et a
micorum Subscripto Sigillisq Gentilitijs in Cera Rubra
expressis Communitt in Vim Dotis demonstratis in et
pro Festo Nativitatis S. Joannis Bapte proxime et im-
mediate in Anno præsenti venturo solvi assecuratis sum
mam simul junctam Quadraginta Novem Millium
Septingentorum Quatuor Florenorum Grosorum Tri
um et Solidi Unius Polonicalis efficientibus ob præfa
tam sibi Recognoscenti sufficientem satisfactionem rea-
lemq ejusd Summæ Quadraginta Novem Millium Se
ptingentorum Quatuor Florenorum et grosorum Trium
ac Solidi unius Polon exolutionem subsecutamq hodi
erno sub Actu per Suprascriptum Gnosum Granowski
Vicecolonellum Nostrum sui Recognoscentis Mari
tum Ejusdem una cum alijs summis modo refor
matorio Inscriptionem quietat emittit et liberum
absolutumq cum Successoribus ejus facit et pronun
ciat Nil Sibi Juris et Pretensionis Cujusvis ad recen
situm Nstrum Principem Czartoryski Procancella

E Ex provisione à Summa Septuaginta Trium Millium Octingentorum

rium

rium M D Littd et Successores ejus respectu præmissæ Summæ exolutæ reservando. Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante. In forma alias Quietationis plenissima et de Jure perfectissima. Quam manu propria Subscripsit. Antonia Granowska Antoni Granowski p Quam Giusmodi Quietationem Nos ratam et firmam habentes habericq ab omnibus volentes eam ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In Quorum fidem &c Actum et Relatio ut supra

Sub Eodem Actu.

Ad Relationem Ejusdem Illmi Supremi Rni Cancellarij

Reformatio per Jñum Granowskii Generosæ Consorti Suæ.

Augustus Tertius &. Significamus &. Quomodo Coram Nobis Actisq præsentibus Metrices Rñi Cancellaria Nostræ Minoris personaliter Comparens Jñosus Antonius Granowski Vicecolonellus Exercituum Nostrorum et Reipublicæ £ Colonelli cum Jñosa Rosalia Rosnowska Primi olim Jñosi ℔ ~~Stanislai Granowski~~, Tertij vero Nuptus olim Jñosi Ujeyski Subdapiferi Sandomirien in Secundo Matrimonij Voto procreatus Filius sanus mente et Corpore existens à Foro Terris Districtibus et Jurisdictione Sua quavis propria et Competenti recedendo præsenti vero Nostræ Regiæ se cum Bonis Suis generaliter omnibus subijciendo et incorporando sponte palam libere ac per expressum recognovit, præsentibusq recognoscit. Quia Ipse Jñus Antonius Comes de Walisztyny GG. Joannis Antonij et olim Catharinæ Comitum Walisztynow Conjugum Filius Consorti vero Suæ Legitimæ Ejusq Successoribus in Medietate Omnium et Singulorum Bonorum Suorum hæreditariorum

£ olim ℔ Stanislai Granowski Exercituum Nostrorum et Reipublicæ et obli
℔ Bronieuski Secundi olim dicti Jñosi Granowski.

et obligatoriorum Paternorum et Maternorum Mobilium et Jmmobilium habitorum et habendorum Summarumq quarumvis pecuniariarum inscriptarum et inscribendarum in deposito existentium, necnon totali Area in qua ad præsens residet et in posterum residere contigerit, auro argento, Clenodijs, Vestibg Vestimentis pecoribus pecudibus equis, equirea ltaq Supellectili domestica Summam Centum Quinquaginta Trium Millium Centum Quadraginta octo Florenorum grossorum sexdecim et solidorum duorum Polonicalium ratione dotis postea provenientis et per se Recognoscentem mediante Transactione certa cum Mgfico Michaele Principe Czartorysky M D Litt& hodierno sub Actu inita et Conscripta Actisq præsentibus roborata in parte parata Summa realiter levata in residuo Vero Summis Certis in eadem Transactione Contentis et sibi Recognoscenti ad repetendum præmissis accepta modo dotalitio et aliam similem Summam Centum Quinquaginta Trium Millium Centum Quadraginta Octo Florenorum grossorum sexdecim et Solidorum Duorum Polonicalium ratione addotalitij alias Przywianku dotem cum Addotalitio in Unam Summam conjungendo dotat dotalitat, reformat, inscribit et asseurat juxta Terræ Consvetudinem et Morem aliarum reformationum in Regno fieri solitarum Hac Sua Personali Recognitione de præmissa mediante. In forma alias Reformationis plenissima et de Jure perfectissima Quam manu propria subscripsit Antoni Granowski, Quam Ejusmodi Reformationem Nos ratam et firmam habentes habericq ab omnibus volentes eam ad Acta præsentia suscipi ysdem inseri et Parti postulanti Authentice extradi permisimus In Quorum fidem & Actum ut Supra et Relatio ut Supra.

Sub eodem Actu

Ad Relationem Ejusdem Illmi Supremi Cancellarij Rni.

Inscri

Inscribunt Advitalitatem Mu:
tuam Generosi Granowscy Con:
juges.

Augustus Tertius &. Significamus &. Quomodo coram
Nobis Actisq; præsentibus Metrices Rni Cancellariæ
Nostræ Minoris personaliter Comparentes Gnosi Anto:
nius. Granowski Vice Colonellus Exercituum Nostrorum
et Reipublicæ ab una et Antonia Comitissa de Waldsztey
ny invicem Conjuges sani mentibus et Corporibus exi
stentes à Foro Terris Districtibus et Jurisdictione
Sua quavis propria et Competenti recedendo præsentiæ
ro Nræ Regiæ se cum Bonis suis generaliter omnibq
subjiciendo et incorporando sponte palam libere ac per ea
pressum recognoverunt præsentibusq; recognoscunt. Quia
Ipsi Omnium Bonorum suorum hæreditariorum et obliga
toriorum Mobilium et Immobilium quæ nunc habent et
in posterum habebunt Summarumq; quarumvis pecunia
riarum mutuam Advitalitatem et reciprocum usumfru
ctum mutuo et invicem sibi inscribunt et concedunt inscri
pserintq; et concesserunt ad extrema Vitæ suæ Tempora
Tali videlicet modo. Quod si prætatum G. Maritum prius
quam prænominatam Gnosam Consortem Ejus moriconti
gerit extunc Ipsa prædicta Consors ejus Bona Omnia
tam Mobilia quam immobilia prædicti G. Mariti Sui
cum Omni et integro Jure Dominio et proprietate nihil
excipiendo tenebit habebit et possidebit illisq; utifruetur
ad extrema duntaxat Vitæ suæ tempora. Post mortem ve
ro prædictæ Gnæ. Consortis Bona prætata tam mobi
lia quam immobilia totaliter plenario Jure ad Succesio
res prædicti G. Mariti Ejus devolventur devolviq; debebunt
sine quovis impedimento et Contradictione Succesorum
prætatæ Gnæ Consortis Ejus et Similiter si Contigerit

Generosam Consortem recognoscentem prius de hac lu
ce decedere quam Ipsius Gnõsum Maritum Ejus recogno
scentem extunc prædictus Gnõsus Maritus Recogno
scens Bona Omnia tam Mobilia quam immobilia
prædictæ Consortis Suæ cum Omni Jure Dominio p
prietate et Omnibus eorundem Bonorum pertinentijs
tenebit habebit et possidebit illisq; uti fruetur ad extre
ma duntaxat Vitæ suæ tempora post mortem vero præ
dicti Generosi Mariti Recognoscentis Bona præfa-
ta quæcunq; Ipsam Consortem Recognoscentem con
cernebãt ad Successores ejusdem Consortis Recogno
scentis totaliter devolventur sine quovis impedimen
to et Contradictione præfati olim Mariti Successorum
Hac Sua personali Recognitione ad præmissa me
diante. In forma alias mutuæ Advitalitatis ple
nissima et de jure perfectissima Quam manibus pro
prijs subscripserunt. Antoni Granowski, Antonia Gra
nowska Quam ejusmodi Advitalitatem Nos ra
tam et firmam habentes habericq ab omnibus volen
tes eam ad Acta præsentia suscipi Ÿsdem inse
ri et parti postulanti Authentice extradi permi
simus. In Quorum fidem Sigillum Regni est
appressum Actum et Relatio ut Supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho in
Vigilia Festi Nativitatis S.ti Joan-
nis Baptistæ Die scilicet Vigesima

Secunda Mensis Junij Annõ Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimô Octavõ

Ad Relationem Illmi et Rõmi Dñi Dni Michaelis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracoviensis Abbatis Wąchocensis et Czervenen. Pro-Cancellarij Regni.

Constituit Plenipotentem Mgfcum Matachowski Supremus Rñi Cancellarius Gnõsum Wądołkowski ad Trigennium cum facultate substituendi.

Augustus Tertius &c Significamus &c.

Quod coram Nobis Actisq præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostræ Minoris personaliter Comparens Mgfcus Joannes Comes in Konskie et Biataczew à Matachowice Matachowski Supremus Rñi Cancellarius Sanus Mente et Corpore existens à foro, Terris Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et Competenti receden:

do

do præsenti vero Nostra Regiâ se cum Omnibus generaliter Bonis subÿciendo et incorporando Sponte Palam libere ac per expressum recognovit præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Omni meliori modo, forma, et Stylo quibus firmissimis de Jure potuit ac potest in Suum verum legitimum ac indubitatum Plenipotentem Gnōsum Bartholomæum Wądołkowski Notarium Terrem et Castren Zambrovien elegit, creavit, et Constituit prout Actum per præsentem eligit Constituit, et Solenniter ordinat Dans et Concedens eidem Plenipotenti Suô præsentibus constitutô plenariam facultatem et Omnimodam potestatem Causas Suas generaliter Omnes cum quibuscunq; Personis occasione quarumvis rerum, Jurium, Debitorum et Prætensionum in quocunq; Judicio seu Officio Regni Minoris et Majoris Subsellij intercedendi, promovendi, defendendi, Terminos Juris attentandi probationes inducendi Decreta audiendi eaq; in rem Suj Constituentis lata acceptandi debitam Illorum executionem Urgendi rigores pœnæ Bannitionis extendendi Juramenta attentandi deferendi et referendi à gravaminosis vero Decretis appellandi Appellationes prosequendi et continuandi, pœnas Judiciarias levandi de levatis et perceptis quietandi, alios Plenipotentes in locum Sui cum simili vel limitata potestate, substituendi cæteraq; omnia et

Singula

Singula Munia Verum legitimum et indubitatum
Plenipotentem concernentia in præmissis Necessaria
implendi obeundi exequendi et observandi de Jure q3
fieri solita faciendi exercendi ac rite perficiendi,
Cavens omne id totum quidquid per prædictum Ple-
nipotentem sive Ejus Substitutos Actum gestum,
constitutumq3 fuerit pro Rato et grato susceptura[m]
Quam quidem Plenipotentiam ad Triennium integru[m]
duraturam, Roburq3 Suum ac Valorem habituram,
Idem Mgfcus Recognoscens vult et præsentibus
declarat. Hâc Suâ personali Recognitione ad præ-
missa mediante. In forma als Plenipotentia firmis
sima et perfectissima Quam manu propria subscri
psit. Joannes Malachowski Supr R. C[m]pp.
Quam Ejusmodi Plenipotentiam Nos ratam et
firmam habentes, haberiq3 ab Omnibus Volentes
eam ad Acta Præsentia Suscipi Ydem inseri et Par
ti postulanti Authentice extradi permisimus. In Quo
rum fidem &c Actum et Relâo ut Supra.

Sub Eodem Actu

Ad Relationem Ejusdem Illmi Pro Cancellarij Rni
Oblata Privilegij super En.
siferatum Lomzensem Generoso
Staniszewski collatt.

Augustus Tertius &c. Significamus etc. Obla
tas esse ad Acta præsentia Metricæ Regni Can
cellariæ Nostræ Minoris Literas Privilegij
super Ensiferatum Lomzensem Manu Nostra
subscriptas et Sigillo Majoris Cancellariæ Re
gni communitas, Sanas, Salvas, et illæsas Omnig
Suspicionis Nota Carentes Tenoris Sequentis.
Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogi
tiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ,
Smolenscię, Severiæ, Czerniechoviæq necnon Hære
ditarius Dux Saxoniæ & Princeps Elector. Signi
ficamus præsentibus Literis Nostris quorum
interest Universis et Singulis. Quia Nos habita
Consideratione Eximiorum Meritorum Genero
si Mathiæ Antonij Staniszewski Nobis et Reipbcæ
præstitorum faciendum esse duximus, ut ipsi
Ensiferatum Lomzensem post fata Generosi
Matthæj Krajewski vacan. et ad Dispositionem
Nostram Regiam devolutum daremus et con
ferremus uti quidem cum omnibus Ju-
ribus Prærogativis, Immunitatibus,
Munijs et Obventionibus huic Muneri de
Legum præscripto et More consueto servien
tibus damus et conferimus præsentibus Li
teris Nostris tenendi, habendi, et obe-
undi ad extrema Vitæ Suæ tempora vel

alte

altioris alicujus Dignitatis assecutionem. Quod Omnibus quorum interest præsertim vero Mfcis ac Generosis, Dignitarijs, Officialibus Universq; Nobilitati Palatinatûs Masoviæ signanter vero Terræ Lomzensi notum esse volentes mandamus, Quatenus Eundem Generosum Matthiam Antonium Staniszewski ab hinc pro vero legitimo et actuali Ensifero Lomzensi habeant, nominent et Agnoscant, eiq; de loco, Juribus, Prærogativis, Immunitatibus, Munijs et Obventionibus huic Muneri de Legum Præscriptô et More Consuetô serviendi et Ipsi respondeant et ab alijs responderi curent Pro Gratia Nostra Jn Quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillô Regni Communiri jussimus Datt Varsaviæ Die XX Mensis Junij Annô Domini MDCCXLVIII Rñi verò Nostri XV Annô. Ensiferatus Lomzensis post Fata Gnôsi Mathæj Krajewski Vacans, Gñe Matthiæ Antonio Staniszewski confertur. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni, Joannes Wolski Dapifer Distr Chencinen. Scr Rgñ Actuis Sigilli Majoris Regni Secretarius. Quas Ejusmodi Literas sic ut Præmissum oblatas Nos ad eadem Acta Metrices Rñi suscipi inscribi et ea Ijsdem fideliter descriptt. Parti postulanti Authentice extradi / Originale verorsus offerenti restitui de quo recepto Cancellaria Nostra præsentibûs quietatur / permisimus. Jn.

Quorum fidem &c. Actum ut Supra Relatio ut supra

Sub Eodem Actu

Ad Relationem Ejusdem Illmi Pro Cancellarij Rnī

Cedit de Jure Suo Rlgsus Pa: tubicki ad Bona Stara Laska servien.

Augustus Tertius &c. Significamus etc. Quod Coram Nobis Actisq; præsentibus Metrices Rnī Cancellaria Nostræ Minoris personaliter Comparens Religiosus in Sæculo Jacobus, in Religione Augustinus Patubicki, Ordis Sancti Augustini Novitius, in Assistentia Religiosi Casimiri Wodzinski Sae Theologiæ Doctoris, Prioris Conventus Varsavien, ad Ædes S Martini degen, Sanus Mente et Corpore existens à Foro Terris Districtibus et Jurisdictione Sua quavis propria et Competenti recedendo præsenti vero Nostræ Regiæ se cum Bonis Suis Generaliter Omnibus subjicien et incorporando sponte palam libere ac per expressum recognovit præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse de Omni et integro Jure Suo quod et quale Ipsi ad Bona Stara Laska in Palatinatu Pomeraniæ Capitaneatu Tucholien, sitt sive sortem eorundem Bonorum in Personas Generosarum Evæ de Szymnoch Patubicka, Gnōsi Alberti Parzętka, Lipinski, Consortis et Mariannæ itidem de Szymnoch Patubicka, Gnōsi Mathiæ Babka Gostom:

ski

ski Consortis, Sororum Suarum Germanarum earumq
Successorum cedit, transfert, et derivat, nihil Sibi prætextûs, Juris aut Cujusvis tituli ad prætata Bona seu Sortem Illorum Suisq Successoribus aut Religioni quôvis modô reservando aut accipiendo verum Jus Suum quod et quale Ipsi ad eadem Bona invenit In Personas suprafatarum Sororum Suarum et Successorum earundem Cedit, transfert, et derivat. Hac suâ personali Recognitione ad præmissa mediante in forma alias Cessionis Jurisq Transfusionis plenissimâ et de Jure perfectissimâ quam tam Recognoscens quam Suprafatus Religiosus assistens subscripserunt F. Augustinus Patubicki Ordinis S. Augus. Novitius. Fr Casimirus Wodzinski Ord. S. Eremitarum S. Augustini Prior Varsaviæ. Quam Ejusmodi Cessionem Jurisq transfusionem Nos ratam et firmam habentes haberiq ab Omnibus volentes eam ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In Quorum fidem &c Actum et Relatô ut Supra.

Sub Eodem Actum

Ad Relationem Ejusdem Illmi Pro Cancellarij Rni Oblata Privilegij Super Advocatiam Szwecia dictam.

Augustus Tertius &. Significamus etc. Oblatas esse

ad acta præsentia Metrices Rñi Cancellaria Nrä Minoris Literas Originales Privilegÿ infrascriptt. Manu Nostrâ subscriptas & Sigillô Minoris Cancellaria Rñi Communitt. Sanas Salvas et illæsas Omniq Suspicionis Notâ Carentes Tenoris Sequentis. Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kÿoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czernicchoviæq necnon Hæreditarig Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibûs Literîs Nostrîs Universis et Singulis. Quia Nos recommendatum habentes bene merendi Studium de Nobis et Republica Nostra Generosi Joannis Tilly faciendum esse duximus ut Eidem Advocatiam Swecya dictt. in Palatinatu Posnaniensi in Capitaneatu Novodvorien. sitt. post Fata Gæ Strachanowska vacantem et ad Dispositionem Nostram Regiam devolutam daremus et Conferremus uti quidem præsentibûs Literîs Nostrîs damus et conferimus. Quam quidem Advocatiam præfatus Generosus Joannes Tilly cum omnibus Prædijs, Areis, Curijs Adificijs, Agris, Pratis, Campis Sylvis, Stagnis, Molendinis, Tabernis, Subditis eorumq Censibus, Dationibus, Usibus, fructibus, et laboribus cunctis denig attinentijs et pertinentijs antiquitus et recenter ad dictam Advocatiam Spectantibus nullis penitus exceptis tenebit, habebit et possidebit ad extrema Vitæ

Suam

Sua tempora. Promittimus autem pro Nobis et Sere
nissimis Successoribus Nostris non esse Nos Se-
renissimosq Successores Nostros dictum Generosum
Joannem Tilly ab usu et pacifica Possessione ejusdem
Advocatia amoturos, neq amovendi Cuipiam potesta
tem daturos sed Salvum et integrum Jus advitali-
tium Eidem Gnoso Joanni Tilly conservaturos quod
et Ssmi Successores Nostri prastare tenebuntur. Ra-
tione Cujus Advitalitatis Solitam Proventuum Quar
tam Dictus Gnosus Joannes Tilly quotannis Ra-
vam inferre tenebitur Juribus nostris Regali-
bus Reipbca Eccleq Romano Catholicae Salvis
manentibus. In Quorum fidem praesentes Ma-
nu Nostra subscriptas Sigillo Rni communiri
jussimus Datt Varsav 2 xix Mer Junij Ao Di MDCCXLVIII
Regni vero Nostri XV Anno. Advocatia Swecya
Dicta in Palatinatu Posnanien Cpeatu Novodvo-
ren sitt. post Fata Generosa Strachanowska Va-
cans Generoso Joanni Tilly confertur Augustus
Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellaria Regni
Joannes Ktosowski Canonicus Cathedralis Premi-
slien Sae Rae Mtis Sigilli Rni Secretarius mpa
Quae Cusmodi Literas sic ut praemissum obtas
tas Nos ad eadem Acta Metrices Rni suscipi
inscribi et ex Eisdem fideliter descriptas Parti
postulanti Authentice extradi Originale vero Osse
renti Pti restitui / de quo recepto Cancellaria

Nrã præsentibus quietatur / permisimus. In Cujus Rei fidem &c. Actum ut Supra Relaõ ut Supra.

Sub Eodem Actum.

Ad Relationem Illmi Pro Cancellarij Regni.

Constituit Plenipotentem Ge-
nerosus Tilly, Generosum Her:
sztapski.

Augustus Tertius &c. Significamus &c. Quod Cor Nobis Actisq præsentibus Metrices Rni Cancel: lariæ Nræ Minoris personaliter Comparens, Generosus Joannes Tilly, Secretarius Rñdi Pro- Cancellarij Rñi Sanus Mente et Corpore existens à Foro Terris Districtibus et Jurisdictione sua Quavis propria et Competenti recedendo prdi senti vero Nostræ Regiæ Se cum Bonis Suis Ge: neraliter Omnibus Subijciendo et incorporan do Sponte, Palam, libere, ac per expressum recognovit præsentibûsq recognoscit. Quia Ipse Omni meliori modo forma et Stylo qui bus de Jure perfectissimis potuit ac potest in Su

um

um Verum, legitimum ac indubitatum Plenipo
tentem Gnosum Herzitapski elegit, Cre:
avit, et Constituit prout Actum per præsentem
eligit, constituit et Solenniter Ordinat Dans et Con:
cedens Eidem Plenipotenti Suo plenariam fa:
cultatem et Omnimodam Potestatem Intromissi:
onem Officiosam in Advocatiam Swecya dictam,
in Palatinatu Posnanien Capitaneatu Novodvo
rien sitt accipiendi, Omnesq Actus Capiend & Pos
Sessionis ejusdem Advocatiæ peragendi Causas Suas
cum quibuscunq Personis Occasione quorumvis Juri
um debitorum et prætensionum in quocunq Judicio
seu Officio Rñi Minoris et Majoris Subsellij in:
tercedendi promovendi defendendi Terminos Juris
attentandi Decreta audiendi eaq in rem Sui Con:
stituentis lata acceptandi debitam Illorum exe
cutionem urgendi Juramenta deferendi et referen:
di à gravaminosis vero Decretis Appellandi, Ap:
pellationes prosequendi et Continuandi pœnas
Judiciarias levandi delevatis quietandi alium
Plenipotentem in locum Sui Cum hac vel limita
ta facultate substituendi Cæteraq Omnia et
Singula Munia in præmissis necessario obser:
vari et de Jure fieri solita faciendi, exercendi
et exequendi ac rite perficiendi. Cavens id totum
quid quid per Memoratum Plenipotentem sive ejus

Substitutum Actum gestumq; fuerit pro rato et gra
to suscepturum. Hac Sua personali Recognitione
ad pramissa mediante informa alias plenipotentia
plenissima et perfectissima Quam manu propria sub
scripsit Joannes Tilly ꝑ Quam ejusmodi Plenipo
tentiam Nos ratam et firmam habentes habericq; ab
omnibus Volentes eam ad acta præsentia suscipi
Ÿsdem inseri et Parti postulanti Authentice ea
tradi permisimus. In Quorum fidem Sigillo ꝙ
Actum et Relatio ut Supra

Actum Varsavia Feria
Tertia in Crastino Festi
Nativitatis Sancti Joan
nis Baptista Die scilicet
Vigesima Quinta Mensis
Junij Annô Domini Mille-
simo, Septingentesimô Qua-
dragesimô Octavô.

Ad Relationem Illustrissimi et Excellentissimi Domi
ni Dñi Joannis Comitis in Konskie et Biataczew
à Matachowice Matachowski Supremi Regni Can
cellarÿ Opocznen et Ostrolecen Capitanei.

Juramen

Juramentum per Generosum Rostwo rowski super Munus Capitaneatus Zytomiriensis Jurisdictionalis prastitum

Augustus Tertius &c. Significamus &c Quo: modo Coram Nobis personaliter Constitutus Generosus Franciscus Rostworowski Capitaneus Zytomirien. et Camerarius Noster Satisfaciendo Legi de Juramento per Capitaneos Castren. prastando Idem Juramentum Die hodierna in Actu Contenta juxta Rotham Statuto Regni prascriptam Super Munus Capitaneatus Nostri Jurisdictionalis Zythomirien. prastitit et in Manibus Magnifici Joannis Comitis in Konskie et Biataczow à Matachowice Matachowski Supremi Regni Cancellarij Opocnen. et Ostrolocen. & Capitanei Sub tempus Judiciorum Nostrorum Assessorialium Idem Juramentum explevit et elicuit Quod Nos ad Acta prasentia Metrices Rni Cancellaria Nra Minoris Suscipi ijsdem indexi et Parti postulanti Authentice extradi permisimus In Quorum fidem Sigillum Rni est appressum Actum ut Supra et Rlâo ut Supra

Sub Eodem Actu

390.

Ad Relationem Gnosc. Illmi Supremi Cancellary

Juramentum Grsi Wolski super Offi-cium Judicis Castrensis Zytomirien prastitum

Augustus Tertius &c. Significamus &c. Quomodo Coram Nobis personaliter Constitutus Generosus Joannes Wolski Dapifer Districtûs Chencinen. Nosteret Sigilli Majoris Rñi Secretarius Judex Castren. Zytomirien. satisfaciendo Legi de Juramento per Judices Castrenses prastando Idem Juramentum die hodierna in Actu Contenta super Officium Judicis Castrensis Zytomirien. in praesentia Generosi Franci Rostworowski Capitanei Zytomirien. Camerarij Nostri juxta Rotham Statuto Regni praescriptam sub tempus Judiciorum Nostrorum Assessorialium prastitit et in Manibus Magnifici Joannis Comitis in Konskie et Biataczew à Matachowice Matachowski Supremi Rñi Cancellarij Opocznen. et Ostrolocen. &c. Capitanei Idem Juramentum exple vit et elicuit. Quod Nos ad Acta praesen. Metrices Rñi Cancellariae Nrae Minoris suscipi Ysq. inseri et parti postulanti Authentice extradi permisimus Actum et Relaô ut supra

Sub eodem Actu

Ad Rñem Illmi D. Supremi Rñi Cancellarij Cedit Generosa Prusimska GG. Sapiehy de Summa cum Provisione Vi Dcri Triblis

Augustus Tertius &c. Significamus &c Quomodo Coram Nobis Actisq; presentibus Metrices Rni Cancellarii Nostra Minoris personaliter Comparen. G. Catharina de Rozdrazewskie olim Generosi Caroli Rozdrazewski cum olim Gsa Joanna de Morsztyny procreata Filia primi olim Alexandri Poninski Venatoris Vschoven ad presens vero Secundi Voti Gnōsi Pauli Prusimski Succamerarij Nri Consors legitima in Assistentia Ejusdem Generosi Mariti Sui Sana mente et Corpore existens à Foro Terris Districtibus et Jurisdictione Sua quavis propria et Competenti recedendo presenti vero Nostra Regia secum Bonis Suis generaliter Omnibus subjciendo etinor porando sponte palam libere ac pereapressum recognovit presentibusq; recognoscit. Quia Ipsa vacantibus Actis Curia Nra Varsavien insistendo Decreto inter se Recognoscentem ac Suprascrum Gnōsum Maritum Suum Actores ab una et Magnificam Cristinam de Branickie Matrem et Theresiam Filiam Sapiehy olim M. Josephi in Lachowice et Bocki Comitis Sapiecha Thesaurarij Curia M D Litta relictam et Succestricem ac alios Cittos Parte ab altera Petricovia in Judicijs Ordinarijs Generalibq Trblis Rni Feria Sexta ante Festum Sc Catharina Virginis & Martyris Anno proxime elapso Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Septimo prolato mediante quo Solutio Summa Viginti duorum Millium Octingentorum Florenorum Polonicalb una cum Provisionibus ab Actu Contractus Certi Anni Millesimi Septingentesimi Quadragesimi Tertij in cod Dōo exarati per Medium Computandis Sc Summam Quinq; Millium Septingentorum Floren

Polonicall efficien Sibi Recognoscenti seu Ipsi Gne Marito Mo
derno in et pro Crastino Festi Natalis S. Joannis Baptistæ
in Anno presenti incidenti nempe Die Actus hodierni ab
Ejsdem Relicta ac Successrice Suprascripti olim M.The
saurarÿ Curiæ M.D.Littæ mediante ejus & Summa in Perso:
nam persolventis Cessione Coram Officio et Actis Curiæ Nræ
Varsaviensis injuncta est jam exnunc et De facto Eidem M.
Cristinæ de Branickie Sapiezyna relictæ Consorti olim Me
morati M. Thesaurarÿ Curiæ M.D.Littæ de Omni et Inte
gro Jure Suo seu potius Summa premissa Viginti Duo
rum Millium Octingentorum Florenorum Polonicalium
Una Cum Provisionibus ac pœnis Luitis supra sero Dcto
Tribunalitio adjudicata ob præstitam sibi sufficientem juxta
Mentem prædallegati Dcti Tribunalitÿ Rnī Petricovien de Actu
Superig exarati Satisfactionem cedit et Condescendit Omneq3
et integrum Jus Suum in Personam Ejusd Mtīs Sapiezy
na Thesaurarid Curiæ M.D.Littæ præmissam Summam de
integro Persolven transfert et transfundit. Nihilq3 Sibi Ju
ris et Pretensionis ad Bona Dubno cum attinentijs Suprascrd
Successtricis nempe M. Theresiæ Sapiezanka Thesaurarÿ
Curiæ M.D.Littæ Hæreditaria Vigore præmissor in Dcto Tri
bnālitÿ exarator reservando. Hac sua personali Recogni
tione ad præmissa Mediante. In forma als Cessionis Jurisq3
Transfusionis plenissima et de Jure perfectissima Quam Manu
propria subscripsit Katarzyna z Rozdrażeÿskich Prusinska
Paulg in Kolno Prusinski Sul SRM mpp. Quam ejusmodi
Cessionē Jurisq3 Transfusionē Nos ratam et firmam habentes
habenq3 ab Omnibg Volentes eam ad Acta Pœna susciji Ysq
Inseri et Parti postulanti Authentice extradi pmittimg In Quor
fidem Actū et Rlāo ut Supra Sub Eodem Actu

Ad Rela

Ad Relationem Ejusdem Illmi Supremi Rni Cancellarij

Quietat Generosus Prusimski Consortem Suam de Summa a2800. Florenorum.

Augustus Tertius &c Significamus &c Quod Coram Nobis Actisq; præsentibus Metrices Rni Cancellaria Nostræ Minoris personaliter Comparens Generosus Paulus Prusimski Succamerarius Noster Sanus Mente et Corpore existens à Toro Terrii Districtibus et Jurisdictione Sua quavis propria et Competenti recedendo præsenti vero Nostræ Regiæ se cum Bonis Suis generaliter Omnibus subjiciendo et incorporando Sponte palam libere ac perexpressum recognovit præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Generosam Catharinam de Rozdrazewskie olim L. Caroli Rozdrazewski cum Olim Gnosa Joanna de Morszty ny Procreatam Filiam Primi olim Gnõsi Alexandri Poninski Venatoris Vschovensis ad præsens vero Sui Recognoscen. Consortem Charissimam in recompensam Summæ Viginti Duorum Millium Octingentorum Florenorum Polonicalium ad præsens de Manibus Magnificæ Cristinæ de Branickie Sapiezyna Thesaurariæ Curiæ M. D. Littæ juxta præscriptum Decreti Tribunalitt. Regni Petricovien. de Actu Feria Sexta ante Festum Sctæ Catharinæ Virginis et Martyris An

nô proxime elapsô Millesimô Septingentesimo
Quadragesimô Septimô prolati una cum Provi
sionibus ac pœnis Iuitis Die actûs hodierni leva
ta Proinde ex simili Summa Viginti Duorum
Millium Octingentorum Florenorum Polonis
calc ex Originali Summa Quadringentorum
Millium Florenorum Polonicall per Eandem
Gnõsam Catharinam de Rozdrazewskie pri
mô Votô Poninska pro tunc in statu Vidu
ali Sibi Recognoscenti coram Actis Castren
Calissien Feria Secunda post Dominicam
Septuagesima in Anno Millesimo Septingen
tesimo Quadragesimô Quinto inscripta De
creto Supramemorato Tribunalitt Regni Pe
tricovien adjudicata Quietat emittit et Liberã
facit perpetuo et in æuum Hac Suâ perso
nali Recognitione ad præmissa mediante
In forma als Quietationis plenissima et
de Jure perfectissima Quam Idem Recogno
scens Manu propria subscripsit. Paulus in
Kolno Prusinski Sul S. R. M.ti Quam ejus
modi Quietationem Nos ratam et Firmam habentes
haberiq ab Omnibus Volentes eam ad Acta præsen
tia suscipi ijsdem inseri et Parti postulanti Au
thentice extradi permisimus. In Quorum fidem
&c Actum et Relatio ut Supra

Actũm Varsaviæ Fe

ria

ria Quarta post Festum
Nativitatis Sancti Joan
nis Baptista Die scilicet
Vigesima Sexta Mensis
Junÿ Anno Domini Mille:
simô Septingentesimô Qua
dragesimô Octavô.

Ad Relationem Illmi et Excellentissimi Domini
Domini Joannis Comitis in Konskie et Biatacze
a Matachowice Matachowski Supremi Regni
Cancellarÿ Opocnensis et Ostrolecensis Gñei

Cedit Generosa Czarlinska
de Capitaneatu Mlaven
in Personam Gñosi Piotro
wicz Ephebi S.R.Mtis

Augustus Tertius etc Significamus etc. Quod Coram
Nobis Actisq prdsentibus Metrices Regni Cancella
rid Nostra Minoris personaliter Comparens Gñosa
Barbara de Janikowskie Czarlinska Capitanea Mla
vensis Sana Mente et Corpore existens à Toto Ter
Districtibus et Jurisdictione Sua quavis propria et

Compe

Competenti recedendo præsenti vero Nostræ Regiæ secū
Bonis Suis generaliter Omnibus subjiciendo et incor
porando sponte palam libere ac per expressum reco:
gnovit præsentibusq; recognoscit. Quia ipsa inhærens
do Privilegio Consensûs Nostri super infrascripta re
cognoscenda a Nobis gratiose sibi Collati Manuq; Nrâ
Regia subscripti et Sigillo Cancellariæ Majoris Rñi
Communiti ad præsens in suo Originali exhibiti Cujus
Tenor sequens est Augustus Tertius Dei Gratia
Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prus
siæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ Podo
liæ Podlachiæ Livoniæ Smolenscique Severiæ Cer
niechoviæq; necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Prin
ceps Elector. Significamus præsentibus Literis No
stris Quorum interest Universis et Singulis Consen
sisse Nos et permisisse Consentireq; et permittere Gâ
Barbaræ de Janikowskie Czarlinska Capitaneæ Mtaven
ut possit et valeat de Omni et integro Jure suo quod
Illi super Capñeatum Mtavensem nempe oppidum
Mława et Villas Mławka cum Molendinis Studzie
niec, Nowawies et Modetka in Palatinatu Plocen
jacen servit et Competit Cedere illudq; in Personam
Generosi Adami Felicis Piotrowicz Ephebi Nostri
plenarie transferre et transfundere. Quæ quidem Cessio
Jurisq; Transfusio posteaquam Coram Actis quibus
vis Authenticis Regni facta et recognita fuerit Nos
eam ratam habituri Sumus uti eam qua præmio
hocce Consensu Nro peragetur Vigore Cujus quidem
Cessionis Prædictum Capitaneatum Mtavensem nem
pe Oppidum Mława et Villas Mławka cum Mo
lendi

lendinis Studzieniec Nowawies et Modelka in Palati
natu Plocensi jacen. cum Omnibus Curijs Prædijs,
Agris, Campis Pratis Sylvis Nemoribus Stagnis,
Piscinis, Fluvijs, Fluminibus Subditis eorumq3 la
boribus, Censibus, Dationibus, Cunctisq3 emolu
mentis Braxatorijs, Tabernis, Molendinis Atti
nentijs et pertinentijs eo antiquitus spectanti
bus Idem Generosus Adamus Felix Piotrowicz
Ephebus Noster tenebit, habebit et possidebit
ad extrema vitæ sua tempora. Promittimus autem
pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris
Nos esse nos Serenissimosq3 Successores Nostros ab usu
et pacifica Possessione dicti Capitaneatus Mlavensis
Eundem Generosum Piotrowicz Amoturos neq3 amovendi
potestatem Cujpiam daturos sed Salvum et integrum
Jus Advitalitium Eidem Conservaturos quod et Sæmi
Successores Nri præstabunt Juribus Nostris Rega
libus Reipubcæ Ecclesiæq3 Romano Catholicæ Salvis
Manentibus Reipublicæ Ecclesiæq3 Romano Catho
licæ Salvis manentibus. In Quorum fidem Pæ
sentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni
Communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXIII.
Mensis Junij Anno Domini MDCCXLVIII. Re
gni vero Nostri XV Annô Consensus Cedendi de
Capitaneatu Mlavensi nempe Oppido Mlawa et
Villis Mlawka cum Molendinis Studzieniec No
wawieś et Modelka in Palatinatu Plocensi Gnos
Barbaræ de Janikowskie Czarlinska Capitanæ

Mlaven in Personam Generosi Adami Felicis Piotrowicz
Ephebi S.R.M. Datur Augustus Rex Locus Sigil
li Majoris Cancellari & Regni Joannes Wolski Dapifer
Districtus Chencinensis S.R.Mtis Sigilli Majoris
Regni Secretarius mpa de Omni et integro Jure Advi
talitio quod et quale Ipsi vigore Juris et Privilegij
super Prafatum Capitaneatum Mlaven servit et Compe
tit Servireq et Competere potest jam eanunc et in
Ipso effectu Generoso Adamo Felici Piotrowicz Ephe
bo Nostro Vero puro et irrevocabilis Cessionis ti:
tulo cessit abscessit et Condescendit prout prasenti
bus cum Omni Jure et Titulo attinentijsq; et perti:
nentijs Omnibus ad pradictum Cpñeatum nunc
et ab Antiquo spectantibus cedit abscedit et conde
scedit Totumq; et integrum Jus Suum Advitalitium
in Personam Supranominati Generosi Adami Felicis
Piotrowicz Ephebi Nostri Cessionarij sui plenarie
transfert transfundit et derivat Intromissionem quoq;
officiosam realem et Actualem per Ministerialem Rni
Generalem et duos Nobiles in prafatum Capitaneatum
Mlaven Omnesq; attinentias et pertinentias Eidem
Cessionario conferendam dat et admittit seq; daturam
et admissuram submittit et inscribit. Presenti Sua
personali Recognitione ad premissa mediante.
In Forma alias Cessionis Jurisq; Transfusionis
plenissima et de Jure perfectissima Quam Manu
propria subscripsit Barbara Czarlinska M.P. Quam
Ejusmodi Cessionem Jurisq; Transfusionem Nos

ratam

ratam et firmam habentes haberiq; ab Omnibus Vo
lentes eam ad Acta præsentia Suscipi Ydem in
seri et Parti Postulanti Authentice extradi permi
simus. In Quorum fidem &c Actum et Relatio
ut Supra

Sub Eodem Actu

Ad Relationem Ejusdem Illmi Supremi Cancellarij.
Cedit Generosa Czarlinska de Ad
vocatia Mlavensi in Personam
Generosi Piotrowicz.

